UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs In Primam Digesti Novi

**Bartolus**

**Lvgdvni, M.D.LXVII.**

Rem ratam haberi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96158

Visual Library

b And.Barb.¶Quero,poſito.Sed hoc conſilium Claudij non
facit ad propoſitū legis,⁊ Sceuola male,⁊ inepte hoc allegaſ-
ſet,qđ nõ eſt credẽdū:ideo non credo qđ Barto.hic verū dicat.
Poſtea reperi ꝙ ita tenet hic do.ỻ rãc.Tig.quẽ omnino vide.
i Ultimo.Adde Bal.qui notanter loquitur.in l.Julianus.qui
ſatiſd.cog.⁊ gloſſ.ordi.Inſti.de ſatiſ.§.j.
k Alex.¶Diſtingue.Ad intellectū iſtorum hic,vide aliqua per
Cyn.ĩ l.ij.C.de procura.Et vtrū extinguaṫ virtus iuramẽti ca
lumnie.⁊ de materia plene per Bald.⁊ Angel.⁊ ibi de materia
ſ.qui ſatiſ.cogan.

LEX XXI.

1 ☞Stipulatio iudicatum ſolui ſemel commiſſa an iterum com
mittatur.

SI vnus. Lex noſtra primo ponit duo dicta.
Secundo reſpondet cuidam taci-
te obiectioni.Secūda ibi quoniam in vnius,⁊c,In fi
ne huius legis ſummat ſeipſam hoc modo.Hec ſtipu
latio.duabꝰ clauſulis poteſt cõmitti contra diuerſos:ſed cõtra
eundem non,ſed preualet cauſa iudicati.h.d.¶Opp.de l,cū q̃
rebatur.ſ.eo.Sol.tex.in fi.vult ſoluere,q̃ contra eundẽ nõ poſ
ſunt committi iſte due clauſule,vt ibi,licet cõtra diuerſos ſic,vt
hic.Et ideo vt iſta materia tibi liqueat,diſtingue,cū queritur,
1 vtrum†ſtipulatio iudicatū ſolui ſemel cõmiſſa iterum cõmitta
tur,aut queriṫ de iteratione ex eadem clauſula,aut ex diuerſis.
Primo caſu,non committitur amplius quam ſemel.vt ſ.e.l.iã
tamẽ.§.in hac.Fallit in hac clauſula de dolo vt ſ.e.nouiſſima.
Et eſt ratio,q̃ committiṫ ad particulare itereſſe,vt ibi vidiſtis
Secundo caſu,aut queritur de iteratione commiſſionis quo ad
effectū exactionis,aut de iteratione ſecūdum rigiditatẽ iuris.
Primo caſu,aut cõtra eundem,⁊ ſemel commiſſa iterum nõ cõ
mittiṫ:vt hic,⁊ d.l.cū querebatur.ſ.eo.Aut contra diuerſos,⁊
tunc aut conſecutus eſt totum intereſſe,⁊ amplius non cõmitti
tur,⁊ cõmiſſa nõ exigetur:vt ſ.e.l.ſi ex duobus.§.quoties.Aut
eſt conſecutus partẽ,⁊ tunc põt pluries cõmitti,d.l.ſi ex duobꝰ,
⁊ l.ex iudicatum.⁊ hac.l.in prin.Secundo caſu,quando queriṫ
de iteratione ſecūdum rigiditatem iuris,tunc dico,qđ poteſt ſe
pius committi:vt hic in fi.Sed dubitatur que preualeat,Et in
hoc eſt aduertendum poſtquam clauſula,ob rẽ non defenſã,eſt
cõmiſſa,aut res ĩcipit defendi poſtquã ſuper iſta clauſula eſt iu
dicatū,vel ſolutū vel ante.Primo caſu,preualet clauſula,ob rẽ
non defenſam,l.iam tñ.in prin.ſ.e.Si ante,⁊ tūc aut poſt litis
cõteſtationẽ,aut ante.Si poſt,aut incipit defendi vere ⁊ preua
let clauſula iudicati:vt hic in fi.⁊ l.iij.in fi.ſ.eo.Aut incipit de-
fendi ficte,⁊ preualet clauſula,ob rẽ nõ defenſã,l.cū querebaṫ.
Si vero ante litis conteſtationem defenditur,ſine dubio preua
let clauſula iudicati,d.l.iij.in fi.ſ.eo.titu.

Rem ratam haberi,& de ratihabitione. Titul.viij.

¶Duas partes habet hec rub.Primo rem ratã haberi,hoc
eſt de illa ſtipulatione rem ratam haberi,⁊ ſecundo dicit de rati
habitione,hoc eſt,qualiter poſſit habere rem ratam.

LEX I.

a CUm quis. [a]Quãdo conueniṫ ille,cui
exceptio rei iudicate cõpe
teret,ſi vnus procurator exegiſſet.ſtipulatio de
b rato cõmittiṫ.h.d.Tex.ibi ꝓ dño,exponit Dy.
i.pro eo qui ſtipulatus fuit d rato[b].¶Opp.ad
id qđ dicit de fideiuſſore:ſtipulatio iſta cõmittiṫ
ad intereſſe,l.ſi commiſſa.j.eo.⁊ j.l.proxi,ſed confideiuſſoris
non intereſt,ſi aliter fideiuſſor conuenitur,l.vt fideiuſſor.ſ.de fi
deiuſ.ergo hec ſtipulatio nõ committitur.Sol.intellige,qđ iſti
fideiuſſores erãt ſocij,⁊ ſic qđ in ſimili dicitur de duobꝰ reis,re-
feratur ad vtrūq.Uel aliter dicas quod tex.⁊ gl.hic habuit re
ſpectum,quia ſi fideiuſſor cõuenitur,dbere ſibi cedit actio,ideo
moleſtareṫ ille q prius fuit abſolutus,ſecundū Dyn.ſed prece-
dẽs ſolutio magis placet.Et predicta ſūt vera,prout ponimus
hic,qđ iſte cõuẽtus fuit abſolutus.Itẽ poſſumus ponere,ꝙ iſte
conuẽtus fuit cõdẽnatus,⁊ ſoluit,tunc ſine dubio intereſt eius
ne fideiuſſor conueniaṫ.Nã fideiuſſor cõuentus habere regre
ſſum cõtra principalem dbitorẽ,ſed iſte fideiuſſor primo cõuen
tus,q ſoluit,ad hoc vt poſſit repetere per actionẽ mãdati,debet
principalem debitorẽ defendere:vt ſ.ti.j.l.ſi ex duobus.§.quo
ties.⁊ ſic eius intereſt fideiuſſorem nõ conueniri.Non habetis
hic alia.

ADDITIO.

a Alex.¶Cum quis.Quomodo debeat cauere procurator rẽ ra
tã haberi,vide bonum tex.in l.non ſolum.§.qui alieno.de ꝓcu.
Et ad materia ratihabitionis.vide Bal.in l.obſeruare.§.poſt
hec.ff.de offic.procon.
b Alex.¶De rato.Uide differentiã inter ratū,⁊ firmū p Bar.
⁊ Sal.in l.id ꝙ pauperibꝰ.de epiſ.⁊ cleri.⁊ vide q̃ dixi in ij.ſi
quis maior.C.d tranſac.Et formam huius cautionis vide per
Bar.in l.procurator cum petere.j.eo.⁊ Cy.i l.j.C.de ꝓcurat.
Et nota,qđ iſta ſtipulatio committitur,quando ꝓmittit facere,
curare,quod dominus habeat ratum,⁊ non facit.ita not.Bal.i
c.j.§.ad hec,in titul.hic finitur lex.deinde inci.cõſue.quod not.

LEX II.

IN ſtipulatione. Uos habetis vnam
magnam gl.que non
tendit,niſi ad poſitionem caſus,⁊ habet hic tex.duas
ec.principales.Secūda ibi circa fi.gl.ibi,ſecūdo po
ne caſum.tamen ſecundum primam expoſitionem litere,lec.hu
ius legis variatur quatuor,vel quinque modis:tamen tu tene
ſecundam expoſitionem litere eſt clara,⁊ plena.

LEX III.

1 ☞Minor qui non habet curatorem,poteſt procuratorẽ cõ-
ſtituere.
2 Procurator minoris ſiue verus,ſiue falſus ad iudica ſatiſdãs
dominum ratum habiturum,non cogitur ſatiſdare:quod ſi mi
nor peteret reſtitutionem ĩ integrum,dabit quanti ear es erit:
ſecus in procuratore recipiente ſolutionem.
Minor non poteſt renunciare boneficio reſtitutionis ĩ integrū
3 Minor compromittens,⁊ promittens penam ſi non parebit ſẽ
tentio petendo reſtitutionem ĩ in tegrum,nõ incidit in penam.
Promitens ſententiam arbitri habere ratam,ſi petit eam re-
duci arbitrium boni viri,non incidit in penam.

CUm minor. Iſta eſt no.lex,⁊ diuidit ur in
partes quatuor.Primo,lo-
quitur in procuratore vero minoris.Secūdo,ĩ ꝓcu-
ratore falſo minoris.Tertio,dat conſiliū circa verū
procuratorẽ.Quarto,dat cõſiliū circa falſum procuratorẽ.Se
cunda ibi,ideq.Tertia ibi,⁊ ideo.Quarto ibi,mãdato vero,⁊c.
¶Tex.ibi,alioquin ſi non conueniat.dic,ideſt,ſi hec clauſula d
preſtãdo intereſſe,ſi reſtitut[illegible] petatur,nõ apponeretur.Itẽ ibi,
cõſentiat,ideſt,ratum habeat.Itẽ ibi,dari oportebit de iure cõ
muni minore nõ habente ra[illegible] ⁊c petẽte reſtitutionẽ.¶†Op.
⁊ videtur,quod minor nõ poſſit conſtituere procuratorem,l.ne
que.C.de procu.Dicit gl.dic,quod hic cõſtituit cum authorita
te tutoris,vel curatoris.Uel dic.ꝙ illa in iudicio,ſed iſta extra
iudiciū.dicit gl.hec põt eſſe vera,ſi ponis minorem nõ habere
curatorẽ.Nam ſicut ipſe poſſet ſolutionẽ recipere,l.ſi curatorẽ
C.de in integ.reſti.eodẽ modo poterit ad hoc ꝓcuratorẽ cõſti-
tuere,arg.l.diuus.§.fi.⁊ qđ ibi no.ſ.q pe.tut.⁊ l.etiã.j.§.abſẽs.
ſ.de manu.vindi.⁊ qđ not.extra de reſti.ſpo.c.ex pte.¶Que-
ro duo.Prio,qd vellit dicere text.ibi,alioquin ſi nõ cõueniat,
2 ⁊c.Gl.vacilla.tu expone ſecūdū quod dixi circa tex,¶Secūdo
quero,an cogatur procurator falſus,⁊ etiã verus cauere cū hac
adiectione,ꝙ ſi minor petit reſtitutionem in integr⁊,dabit quã
ti ea res erit:Quidã,vt Old.dicunt procuratorẽ falſum nõ de
bere cauere,niſi cõſentiat,vt hic,⁊ ſecundū hoc verus ꝓcurator
aſtringiṫ plus quã falſus,ſecundū eū.Sz Rog.dixit,minus in
telligunt qui hoc ſignãt,q.d.malus itellectus eſt,ꝙ plus aſtrin
gatur verus procurator,quaz falſus.Jo.vero poſuit hic gl.ſuã
breuem.Sic non per omnia rectum cõſilium dat,q.d.nõ eſt re
ctum procuratore notante cauere:cū non cõpellatur.Unde gl.
dicit procuratorẽ verū,⁊ ꝓcuratorẽ falſum poſſe cogi preſtare
iſtã cautionẽ,ſi minor petat in inte.reſtitui,⁊c.cauſatiue,vt eis
aliter nõ ſoluaṫ,niſi caueant.Predicta vera,niſi debitor nõ cu
ret caueri ſibi:q̃ tunc non cauetur,niſi conueniatur,⁊c.⁊ ita loq
tur iſte tex.Alij di cūt,ꝙ iſta eſt mala litera,⁊ corrupta.Glo.tñ
reſidet in precedenti,ſecundū quã habes notare quod procura
tor minoris verus,vel falſus cogatur cauere,ſi minor petit re-
ſtitutionẽ in integ.quod no.q̃ he oppoſitiones faciūt adhuc ad
mille inſtrumẽta:⁊ hoc probaṫ per Dy.⁊ Spe.de procurato.§.
ratiõe quoq conſtituẽtis.ver.itẽ quod cõſtituens.Ja.de Are.
tenet contrarium.Nam non debet defẽſor,vel ꝓcurator cogi
ad illud.ad qđ nõ cogereṫ principalis,preter quam quo ad illã
cautionem,de qua loquitur l.ſed ⁊ he.§.defendere.j.ſ.de pro
cur.⁊ l.minor.§.quoniã.eodem tit.ſed ipſe minor nõ cogereṫ
nunciare beneficio reſtitutionis :imo nõ valet,ſi renunciaret,l.
ſi intra.⁊ ibi not.C.de in integ.reſt.⁊ l.ſi iudex circūuenio.ſ.de
mino.⁊ l.doli exceptio ver.diuerſum.ſ.d noua.Ego puto quod
gl.iſta dicat veruz in caſu ſuo,ſcilicet in ſolutione.Nã nõ cogiṫ
qs ſoluere procuratori.niſi caueat preſtita cautione.Ratio,q̃
minori poſſit taliter ſoluere,qđ beneficium reſtitutionis ceſſa
ret.ſcilicet ſoluẽdo iudici authoritate.l.ait ptor.§.permittiṫ.ſ.
de mino.Unde per aduentum ꝓcuratoris non dz eius conditio

fieri deterior,vt vidiſtis i l.ij.§.defendi.verſi.ſed puto.ſ.ex qb. cau.in poſ.ca.ſed in procuratore qui venit ad litigandū:puto ꝙ verum dicat Jac.de Are.qđ non cogitur preſtare iſtā cautionē quā nō cogeretur preſtare principalis.qđ dico i procuratore
3 vero,idem intelligo in procuratore falſo.¶†Ultimo Dy.idu
a cit[a] hanc legem in arg.qđ ſi minor compromittit i arbitrum,⁊ promittit penam,ſi nō parebit ſententie,qđ petendo reſtitutionem in integrum,nō incidit in penā.Idem dico ſi aliquis promittit ſe habiturum ratā ſententiā arbitri,⁊ eam petit reduci ad arbitrium boni viri,non incidit in penā.Nam ratam habet
b quia hoc petit,⁊ ideo debet expreſſe adijci[b] qđ nō petet reduci ad arbitrium boni viri.que clauſula quid operet.no.per Dy. in l.quidā cum filiā.ſ.de verb.obli.⁊ c.ſcienti.de reg.iur.li.vj.

ADDITIONES.

a ¶Ultimo Dyn.inducit.Adde,ꝙ Paul.de Caſt.dicit verba Barto.eſſe notanda,dum dicit,ꝙ promittens ratā habiturum ſententiam arbitri non incidit in penam ſi petit reductionem Dicit tamen quod Angel.tenet contrarium,per gl.in l.tale pactum.§.j.ſ.de pact.que dicit,ꝙ ille qui promittit ſtare ſententie iudicis,⁊ nō venire cōtra,videtur renunciaſſe beneficio appellandi,ergo ⁊ beneficio reductionis ad arbitrium boni viri.Nō obſtat iſte tex.quia hic illa promiſſio poteſt referri ad differentiam mandati ꝙ non veniat contra ex illo capite:non autem ꝙ non veniat cōtra ratione iniquitatis ſententie:ſed quādo actus geritur per ſeipſum non poteſt haberi reſpectus niſi ad iniquitatem ſententie,vel laudi.vnde promittēdo non venire cōtra,vel acquieſcere,cēſetur promiſiſſe nō petere reductionem ad arbitrium boni viri ratione iniquitatis,alias nihil operatur ipſa promiſſio:ideo non debet diſtingui,an ſuccumbat vel non ſicut ſi expreſſe renūciaſſet dicte appellationi,⁊ hoc placet,dicit Paulus,quicquid dicant Bar.⁊ Dy.licet eorum dictū frequentius allegetur.Tu adde quod dictum Barto.in primo ſequit Bal. conſi.xcij.lib.j.
b P.Pau.P.¶Expreſſe adijci.Vide Curt.conſi.xc.

¶Appellans habet ſententiam ratam,⁊ illam confirmat tanquam ſic latam,non tanquam bene latam.

a §.Falſus.[a] No.notabilem tex.†qđ ille qui appellat,habet ratam ſententiā.Ratio,q2 alias non competeret ſibi ius appellādi,niſi ſententia eſſet aliqua,l.ſi expreſſū. ſ.de appell.vnde confirmat ſententiam tanquam ſic latam,non tanquā bene latam.Facit l.Pomponius ſcribit.ſ.de neg.geſt. An autem appellando videatur quis approbare ſententiā nullam:dic vt d.l.ſi expreſſim.¶Dicitur hic,cū ad auxiliū commune.Quero quid vult dicere auxilium cōmune.Dicit gl.cōmune omniū condemnatorum,vel cōmune rei,⁊ procuratoris.Que-
b ro,quid ſi decurſum[b] ſit ad auxiliū ſpeciale reſtitutionis in integrū:Dicit gl.ide,vt ſ.proxi.q2 illud auxiliū eſt cōtra ius cōmune.ſecus ſi eſſet ſecundū ius cōmune,q2 petere in iudicio.vel extra iudicium,Gl.non habuit malum reſpectū:ſed verba ſua nō ſunt generalia.Ideo eſt aduertendum,an aliquis venit cōtra, ea ratione,qua poſſet,etiam ſi verus procurator litigaſſet,⁊ nō videtur improbare,vt hic ⁊ i prin.huius legis:ſecus ſi venit cōtra ea ratione quaſi verus procurator non ſit.

ADDITIONES.

a Alex.¶Falſus.De itellectu huius §.vide Imo.in d.l.nemo pōt.de l.j.⁊ Bar.poſt Bal.in l.j.C.de arb.⁊ i l.poſthumo.C.ď coll.per Bar.⁊ Bal.⁊ vide Bar.⁊ doc.in l.ſi tutor.C.i q.cau.i integ.reſti.⁊ Bar.i l.ij.C.ſi ex fal.inſtr.⁊ ibi p gl.⁊ Bal.⁊ an appellando videar fateri iudicem,a quo,fuiſſe iudicem meū,vide Bald.in l.eos.in prin.in vlt.col.C.de appella.
b L.laud.de Seyſ.¶Decurſum.De veritate huius dicti vide p Alex in l.ſciendum.ſ.ď verb.obli.verſic.iuxta hoc querit Bar. an ſi iurauit minor.De eo autem qui petit reductionē,vel dicit laudum nullum.Aret.conſi.xc.⁊ conſi.c.

LEX IIII.

c ¶Dominus videtur habere ratam quando facit illud quod non poteſt facere niſi quod factum eſt a procuratore ratum ſit.

Procurator.In hac lege gl.ponit caſū duob.mod.Oppo.qđ.cautio ď rato hodie nō poſſit cōmitti,q2 dominus iurat de calumnia:vt in auth.principales.C.de iurā.calū ergo videtur habere ratū factum a procuratore.Gl.i l.prima, in verb.cōprobans.reſpondet,certe poſt iuramentum pōt procuratorem reuocare,⁊ ei cōtradicere.Tu dic,vt no.⁊ melius in l.Pōponius.§.ſed ⁊ is:ſ.de peu.⁊ vide gl.i d.l.prox.ſup ver. perſequeret que incipit,qualiter gs.ibi,ſed ar.cōtra.ſed i omni
e bus eſt reperire fauorē,vel aliā iuſtā cauſam.†Quero,qū dominus videat habere ratū:Reſp.quādocūq3 facit illud,qđ facere nō pōt,niſi illud ſit ratū,ꝙ factum eſt a pcuratore,vt in exēplo hic poſito facit l.pro herede.§.Papinianus.ſ.de acqui.hrd.

LEX VI.

Tutor.[a] In cauſa ſuſpecti pcurator ex parte rei cogit cauere de rato.h.d.Opp.⁊ videtur[a],qđ ex parte actoris preſtet iſta cautio,ſed ex parte rei ſufficiat cautio iudicatū ſolui.l.non ſolū.§. qui alieno.⁊ §.ſeq.ſ.ď procu.Sol.Speciale eſt i cauſa ſuſpecti tutoris,⁊ in quibuſdā alijs,q ponunt in §.ſi ſtatus,⁊ §.ſeq.i d.l. non ſolū.Ratio,quando per cautionem iudicatū ſolui,eſt cautū actori,nō debet interponi cautio ď rato.Quid enim intereſt ſua dominus habeat ratū,vel non,ſi ſibi ſoluitur:Certe nihil.Sed quando domino non eſt cautum,vt in cauſa ſtatus,vel ſuſpectu. vt hic,tunc etiam ex parte rei debet caueri de rato,vt hic.

ADDITIO.

a Alex.¶Oppo.⁊ videtur.Quando procurator rei,non tātum pcurator actoris,adde Bartol.in l.de pupillo.§.meminiſſe.ſ. de ope.noui nuncia.

LEX VII.

Siis cui.Heres non poteſt ratum habere qđ factum eſt nomine defuncti,in his q ad heredem non tranſeunt.h.d.Opp.de l.ſi quis offerenti.§.pe.ſ.de ſol.ibi in his,que ad heredem trāſeunt,hic in alijs,vt no.per Dy.de reg.iur.c.ratū.in penulti.q. lib.vj.⁊ l.Pantonius.ſ.ď acquiren.hrdi.dicam plenius.j.eo. l.bonorum.Item oppo.de d.l.Pantonius.Sol.ſpeciale i reſtitutione in integrum.

LEX. VIII.

Procurator.Propoſitio actionis contra quā exceptio rei iudicate nō obſtaret,ſi dominus verus egiſſet,nō facit ſtipulationem de rato committi.hoc dicit.

1 ¶Defenſor ex neceſſitate poteſt exceptionem ex ſua perſona proponere:intelligo de neceſſitate cauſatiua.
2 Coniunctus meus ſi petijt rem ab extraneo.cui ego vēdidi,⁊ teneor de euictione,ego poſſum cōparere,⁊ petere,compromiſſū vigore ſtatuti,quod inter coniunctos fiat compromiſſum.
3 Compenſatio ex debito naturali,opponi non poteſt.

Si procurator.Hic eſt multū ſingularis §.⁊
1 h.d.Defenſor ex neceſſitate[a]
a poteſt exceptionem ex ſua perſona opponere.¶Aduerte,Op. ⁊ videtur,qđ poſtquā dominus recepit pecuniā a procuratore, videatur habere ratū.factum ab eo,l.quidam.ſ.de euic.⁊ l.indebitū.C.de condi.ind.⁊ ſic poſtea non pōt iprobare.Sol.Intellige hic qđ poſt improbationem factā fuit ſibi ſolutum.¶Itē op. qđ iſta exceptio doli,que competit principali,cōpetat etiā ipſi pcuratori,l.quo enim.§.Julianus.j.e.Sol.Dicat quidā,vt Ja
b de Are.hoc eſſe verum,qđ etiam procuratori cōpetat[b]:q mihi nō placet.Nam exceptio doli,que cōpetit ex ratihabitiōe facta poſtea poſt improbationē,competit ipſi procuratori,ſicut dño. vt lege cōtraria.⁊ no.i l.diſpenſatorē.circa ſi.ſ.de ſol.Sed hec exceptio doli nō cauſat ex ratihabitione.Nō enim pōt habere ratū:q2 termini ſūt mutati,l.ſi indebitū.j.e.⁊ l.bonorū.ſed cauſat iſta exceptio ex ďbito naturali,qđ ipſi domino non procuratori cōpetit.Cōtra hoc opp.ſi competit domino,⁊ nō pcuratori,ergo dñs qui defēdit procuratorem,nō poterit vti iſta exceptione,cū non debeat melior cōditio eſſe pcuratoris.ſeu defenſoris,quā domini,l.minor.§.quoniā.ſ.de procu.Reſpō.ibi loqt in defenſore voluntario,hic loquit i defenſore neceſſario,neceſſitate tamen cauſatiua,q2 ſi procuratorem nō defenderet,pcurator haberet regreſſum contra eum,vt hic dicit.Unde pōt exceptionē pponere ex perſona ſua.Simile in l.idemq3.§.generaliter.ſ.man.⁊ facit l.ſed ⁊ ſi lege.§.itē ſi res.i fi.ſ.de pet.hr.⁊ qđ
2 no.p Dy.i l.Marcellus.⁊ ibi dixi ſ.de fid eiuſ.†Per hoc ego
c determinaui[c],ꝙ ſi coniūctus meus petijt rē ab extraneo cui ego vendidi,⁊ cui de euictiōe teneor,ꝙ ego cōparens poſſū petere, ꝙ fiat cōpromiſſum ex vigore ſtatuti loquēti de queſtionibus cōpromittendis inter coniunctos.In ǯriū fortiter facit l.venditor
d ſ.de iudi.quod dic vt in diſputatiōe[d] mea,que incipit,conſiliū ciuitatis Piſane decreuit.¶Quero,dr hic,ꝙ ſtipulatio cōmittit,ad quid cōmittat:Dicunt quidā,ad ſuptus litis tantū.l.ſi ſine iudice.§.cum autem.⁊ §.Marcellus.j.eo.Gl.dicit,ꝙ cōmittatur ad totā quantitatē,⁊ ad totum intereſſe.⁊ hoc videt velle tex.hic,tamē plenius dicam in d.§.cum autem.⁊ §.Marcellus.
3 ¶†Secūdo quero,certū eſt ꝙ cōſecuta abſolutoria a vero ďbito,remanet debitū naturale,vtrū ex tali ďbito poſſit opponi cōpenſatio,ſecūdum glo.hic in verb.exceptione.⁊ hic vr caſus,ꝙ compenſatio poſſit opponi,hoc tenebat Dyn.doc.omnes noſtri tenēt cōtra p d.l.quo enim.⁊ quod ibi notatur.Ad hanc le
e gem reſpondent,qđ hic eſt exceptio doli[e] non compenſationis. Nam compenſatio eſt debiti ⁊ crediti contributio,⁊ ſic oportet qđ actor ⁊ reus inuicem ſint debitores,⁊ creditores:hic autē eſt

vnum debitum qđ petitur,⁊ de quo exceptio opponit. Ita tenēt doc. C. de cōpē. l. ex cauſa.⁊ ibi plene vide Cy. ¶ Quero, vtrum dominus iſte poſſit ſuſcipere defenſionē iſtius procuratoris co inuito? Gl. que eſt hic, dicit qđ non. Sed contra hoc oppo. de l. ſolutionem. ff. de ſol. Reſp. ibi loquit quādo ſuſcipiebat animo nouandi,⁊ volente actore: ſed reo inuito ſecus. vt ibi dixi. Itē contra hoc opp. gl. de l. ſi procurator. ff. de pecu. Gl. nō ſoluit. Dicas, qđ ibi ambo concurrunt iure iā queſito domino, hic loquimur in iure querendo, qđ procuratore inuito nō poteſt queri domino. Ita intelligitur dictū Jo. Quero, an iſto caſu cū procurator non patiatur dominum defendere, poſſit agere conditione indebiti, vel ſine cauſa contra dominum: Reſpondeo nō, q2 dānum illud ſentit ſua culpa.⁊ damnum, quod quis ſua culpa.⁊c.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Defenſor ex neceſſitate. Et vide quod not. dixit Bald. in l. quoties. ad fin. C. de precib. Impe. offe.⁊ in l. tā mādatori. C. de nō nume. pec. Et qs dicatur defenſor ex neceſſitate, vide Bald. in l. ij. C. de pac.

b Alex. ¶ Competat. Adde gl.⁊ Bar. in l. cū his. §. fideiuſſor.⁊ ī l. interdum.⁊ ibi. Bal. de condictio. indebi.

c Alex. ¶ Determinaui. Ad hāc qſtionē vide Bald. ī l. j. C. vbi in rē actio.⁊ poſt Bald. ibi, que dixit Bartol. in dicta l. vēditor. p Bald. in l. emptori. C. de euictio. Petr. de Ancha. in c. ſignificaſti. de foro compe. An autem clericus defendēs actorē poſſit declinare forum. glo. ponit xj. q. j. c. clericū. Spec. in tit. d primo decreto. §. reſtat. veri. qđ ſi dominus.⁊ Gul. d Cug. in d. l. cū clericis. C. de epiſ.⁊ cleri. Adde quod dicit. Bal. in l. ſi qua. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. qđ pater in caſibus, in quib9 ex delicto filij poteſt damnum pati, poterit impune declinare forum, licet filius forte clericus hoc non poſſet. De quo p eundē in l. reos. C. de accuſa.⁊ Bart. in l. pen. §. ad crimē. d publi. iud.⁊ ad Bartol. hic, vide Gul. de Cug. ī authen. clericus. C. d epiſ.⁊ cle.⁊ glo. x. q. j. c. clericum

d Alex.Loſ. ¶ Diſputatione Queſtio quam Bar. adducit alias incipit, Piſane ciuitatis cōſiliū decreuit.⁊ eſt ſecūda ī ordine. ¶ Vide ibi Tho. Diplo. in addit. in verbo, Piſane.

e Aler. ¶ Exceptio doli. Sed hoc nō videtur verum per no. per Bal. in l. ij. C. ſi aduer. ſolu.

## §. Si quis a procuratore.

Not. text ibi, ſed labeo,⁊c. Oppo. q procurator ex parte nō caueat d rato, ſed ex parte actoris. l. nō ſolū. §. qui alieno. ff. de procu. Sol. Speciale in

a cauſa ſtatus: vt dixi ff. eo. l. tutore. ¶ Opp. qđ[a] in cautione de rato non cogatur quis iſerere certam ſummā. l. fi. ff. de preto. ſtip. Sol. hic ſpeciale, quia interponitur ſuper re ineſtimabili. Vltimo nota quod iſta ſtipulatio cōmittitur eo ipſo, quod dominus ratum non habet. de quo dicam ī. eo. l. quo enim. §. j.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Oppo. quod. Vide in l. iuſiurandum quod ex cōuēne. cum duabus ſeq. in gloſſ. mag. ad fin. de iureiurand.

LEX IX.

1 ☞ Actor vniuerſitatis ſi conſtat de mandato non cauet de rato,⁊ num. 11.
2 Actor pupilli poteſt conſtitui, vel quod tutor ipſum cōſtituat,⁊ iudex decretum interponat, vel quod iudex ipſū conſtituat ad tutoris petitionem.
3 Cauſa requiritur in actoris conſtitutione.
4 Actor pupilli nō cauet de rato, ſi conſtat de mādato tutoris, d creto iudicis,⁊ quod cauſa ſit legitima.
5 Actor pupilli quando eſt conſtitutus a tutore cauet tutorem ratum habiturum, quādo a iudice cauet pupillū ratum habiturū.
6 Pupillus factus adultus poteſt ratū habere factum ab actore
7 Bona actoris cōſtituti a tutore ſūt tacite obligata ipſi, pupillo.
8 Actor vniuerſitatis qñ conſtituit, non requiritur decretum ſuperioris, niſi in pertinētib9 pariter ad ſuperiorē ⁊ vniuerſitatē.
9 Actor vniuerſitatis conſtitutus decreto ſuperioris,⁊ procurator cōſtitutus a pupillo cum authoritate tutoris, reuocatur ſine ſuperioris decreto.⁊ procurator a ſolo tutore.
10 Decretum ſuperioris in conſtitutione actoris, preſumitur interueniſſe. quādo conſtat vniuerſitatem fuiſſe de mandato ſuperioris congregatam.
Curator datus bonis abſentis debet dari a iudice, a creditoribus datur bonis, quando aliquis ceſſit bonis.

Actor. In hac l. Iuriſconſultus facit mentionē de quatuor perſonis, quarū prima tenet
1 cauere de rato, tres non. ¶ † Oppo. l. item eorum. ff. actor. ſupra, quod cuiuſque vniuerſit. Sol. ſi conſtat d mandato actoris vniuerſitatis, nō cauet de rato, vt hic: ſecus ſi
2 nō cōſtat, vt in cōtrario. ¶ † Venio ad queſtiones,⁊ primo circa
a actorē tutoris quero qualiter conſtituatur?[a] Reſpondeo, debet conſtitui ſolēniter,⁊ cum decreto, vt inſtitu. de cura. §. fi.⁊ ita dicit hic gl. circa prin. ſed ī. ead gl. circa medium, dicit quod modus cōſtituendi eſt, quod precedat mandatum tutoris,⁊ ſequa-
b tur decretū[b] iudicis, hoc eſt, quod tutoris mandatum interueniat:⁊ quod tutor ipſe conſtituat actorem cum decreto iudicis. videtur probari in tex. hic, dum dicit, actor a tutore datus, quaſi ipſe tutor det. hoc videt probari in l. ſolet. ff. de tutel. vbi tutor dat permittente iudice. In con trariū videtur, quod ipſe iudex debet dare ad petitionē tutoris, l. ſi actor. C. de appellation b9 licet gl. ibi aliter ſentiat.⁊ in d. §. fi. Inſti. d cura.⁊ hoc ſetit hic gl. parua, ſuper verbo, datus, dū dicit, id eſt, dari petitus. quaſi iudex det ad petitionē tutoris, Veritas eſt, quod vtraq; practica eſt bona, vel quod tutor ipſe conſtituat actorem,⁊ iudex interponat decretum, vel quod iudex ipſe conſtituat ad petitionē tutoris, vt not. gl. in l. neque. C. de procur. eo autem abſente nō poſſet conſtitui, vt C. qui da. tut. poſſ. l. curatorem. ¶ Secundo
3 † quero, vtrum requiratur cauſa in conſtitutione actoris? Dico,
c q ſic[c], vel cauſa neceſſitatis propter infirmitatem, vel abſentiā neceſſariam, vel cauſa voluntaria, probabilis tamen, vt propter honeſtatem, vt in muliere, vel alia egregia perſona, l. decreto. ff. d adminiſtratione tutorum.⁊ d. §. fi. Inſti. de curat.⁊ quod not.
4 in predicta l. curatorem. C. qui da. tut. poſ. ¶ † Hoc premiſſo q ro, vtrum talis actor debeat cauere de rato. Gl. dicit hic, q quādo conſtat de mandato tutoris tantum,⁊ nō de iudicis decreto, tūc omnino debet cauere. Ita loquitur hic, dum dicit tex. actor a tutore datus, nec aliquid dicit d decreto. Si vero de vtroque cōſtaret, tūc nō caueret, arg. l. j. C. de procu.⁊ l. ne ſatiſdatio. ī. eo. ti. Roff. in libellis ſuis, in tit. de actio. ex ſtip. rē ra. ha. dicit, actor omnimodo debet cauere, etiā ſi cōſtet de decreto:⁊ dicit quod hoc tenuit quidā ſuus doctor, qui vocatus fuit Carolus. Pro hoc facit iſte text. qui dicit, omnimodo. Et rationē dicit inter actorem.⁊ alios, qui hic nominatur, q2 actor cōſtituit a nō domino, alij a dño. do. Old. dicit idē, q etiā ſi cōſtat de māda to,⁊ d decreto, debet cauere actor. Ratio, q2 ī cōſtitutione actoris requiritur cauſa, vt dictū eſt. Vnde ſi cauſa eſſet ſurreptitia, decretū eſſet nullū, l. cum vero. §. ſubuentū. ff. de fideicommiſſ. lib.⁊ l. j. §. hec verba. ī. ne vis fiat ei. Vnde adhuc eſt dubiū mādato, an ſit validū mandatū actoris, licet cōſtet de decreto,⁊ de mādato: innuit ergo quod ſi de cauſa conſtaret legitime, quod tunc
5 non caueret,⁊ iſta ſua opi. placet mihi multum. ¶ † Quero, de
d quo d cauet iſte actor tutoris: Glo. dicit, quod debet cauere, qđ minor ratū habebit. Et ſecundum Rog. debet promittere certam ſummam pecunie, ſi minor reſtitutionem petat, l. iij. ī prin. ff. eodem. titu. De hoc ſecundo dic, vt dixi ibi. Tamen de primo dubitatur,⁊ videt quod nō debeat cauere, quod pupillus ratū habeat, ſed quod ratū habebit tutor, qui eum conſtituit, l. ij. in prin. de cura. bo. dan. Pro hoc facit, q2 non dicitur ipſe actor agere, imo tutor agit per actorem, l. vnic. C. de acto. a tu dā. Videte, dubito in hoc, tamen finaliter pro modo dicerem aduertendum ad modū conſtituendi. Nam ſi quidem tutor ipſe cōſtituit cum decreto iudicis, tunc teneatur cauere rem ratam tutorē habiturum, d. l. ij. ff. de curator. bon. dand. niſi forte eſſet dubium de tutela: nā tūc ſicut ipſe tutor tenet cauere, l. vulgo. ff. de adminiſtratione tutorum. ita actor conſtitutus ab eo: quia tantum durat officium actoris, quantum durat officiū tutoris:⁊ eiſdē modis regulatur: vt nota. in d. l. neque. ſi vero actor eſſet cōſtitutus a iudice, petente tutore, tūc ipſe gerit negotia pupilli, p pupillo, tutoris periculo, tunc puto, quod iſta gl. procederet, quod caueret rē ratā habiturū pupillum. Hoc eſt vtile ſcire, q2 quādo tutor vult releuare in inſtrumēto actorie actorē ab onere ſatiſdandi, tunc ſi promittit pupillū ratū habiturū, id quod faciet actor, cū debeat promittere ſe ratū habiturū. Tutius tamē eſt quod pomittat, ſe,⁊ pupillū ratū habiturum, vt ſic cōprehēdā-
6 tur tā tutor quā pupillus. ¶ † Quero, qñ poterit pupillus ratū habere. Reſpōdeo, factus adultus, l. ſi pupill9. in prin. d noua.
7 ¶ † Quero, vtrum bona iſtius actoris ſint obligata[e] pupillo p
e adminiſtratio. Rñ. ſi quidem eſt conſtitutus a tutore, tunc ipſe gerit cōtemplatione tutoris, non pupilli. d. l. vnic. C. d act. a tu. dan.⁊ arg. l. mandaſti. ff. d neg. geſt. ideo bona tūc eſſent tacite obligata, ſicut bona tutoris: vt C. d adminiſtratione tutorum. l. p officio. Pro hoc facit ff. d priui. cred. l. dabimus. §. j.⁊ q ibi nota. Facit C. de iudi. l. properandum. §. fi.⁊ hoc ſufficit circa pri-
f mum. ¶ Venio ad actorem[f] ciuitatis: Primo quero q qualiter conſtituatur: Gl. dicit, quod in iſtis non requirit ſolennitas quaſi dicat, decretum ſuperioris nō exigit. vel ſi exigit, preſumi-
8 tur interceſſiſſe. q eſt notabile dictū. Videamus † primū. dū dicit quod decretum non requiritur, contrarium not. in l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſi. no. per l. j. d ſer. Reip. ma.⁊ illud tenet Dy. Gul. d Cug. in d. l. nulli. tenet contrarium, ſcilicet, q nō requirit decretū ſuperioris, ſed ſufficiat ipſum decretum e curio-

num,hoc eſt ipſa ordinatio,⁊ conſtitutio decurionum,l.item co
rum.§.ſi decuriones.⁊ §.actor.ſ.cuiuſq3 vniuer.no.⁊ ita loquitur
tit.ð ðcr.ab ordi.fa.⁊ C.ð decret.decurio.Preterea dicit ipſe
ca que requiruntur ad conſtitutionē alicuius actus,requirūtur
ad deſtructionē,vt in aut.de defen.ciui.§.interim.⁊ l.ſi vt ꝓpo
nis.C.ð nup.⁊ ð repu.⁊ iudi.de mori.ſublat.auth.ecōtra ſi filij.
Sed ego video,qð ī reuocatiōe actoris vniuerſitatis ſufficit ſo
lum decretum decurionum,d.l.item eorum.ergo ⁊ in cōſtitutio
ne.Non obſtat d.l.j.C.de ſer.Reipub.ma.qꝛ ibi loquitur ī actu
h odioſo,ſ.in alienatio rei propriehi,in qua requiritur decretum
ſuperioris.Ita dicit ipſe.⁊ hoc puto verū,qð tenet Inn.extra
de ꝓcu.c.vlti.⁊ de iura calū.c.cū cauſam,⁊ eſt magni effectus.
i Nam ſi ſuperior eſſet excōmunicatusi,tunc poſſet cōſtitui actor
ſeu ſyndic9 ab vniuerſitate,imo plus,qð ſi iterponeret decretū
ſuum ſuperior excommunicatus,licet non fuerit neceſſe de iure
tamen non valet conſtitutio talis actoris,⁊ ſyndici,d.cap.vlt.ð
ꝓcu.⁊ ibi ꝑ Inn.Predicta vera,quādo conſtituit̄ ſyndicus ſeu
actor ad ea que pertinent ad vniuerſitatē tantū:ſecus ſi ꝑtinēt
pariter ad vniuerſitatem,⁊ ad ſuperiorē:vt no.in Spe.de ſyndi
§.j.verſi.item quod eſt cōſtitutus.⁊ facit extra,ð reſcri.c.edoce
9 ri.¶Sed iuxta† predicta formo vnū dubium,Pone qð eſt cō
ſtiturus ſyndicus,vel actor decreto ſuperioris.Vel pone ī alia
materia,qð pupillus cōſtituit procuratorē authoritate tutoris
ſecundū formā l.neque.C.de ꝓcu.an tutor ſolus poterit reuo
k carelz,vel vniuerſitas ſola:Gul.de Cu.ſm rationem ſuā,quā ſu
pra recitaui,videt̄ tenere qð nō poſſit reuocare.Et ꝑ hoc facit
optime tex.ī l.ſi quis mancipijs.§.ſi impubes.ſ.de iſtito.tamē
ibi idem Gul.dicit aliter:videlicet,qð ſolius tutoris reuocatio
ſuffaciat,per l.ſi epiſtolā.ſ.de acqui.here.Nō obſtat d.§.ſi im
pubes.qꝛ ibi loquitur ī inſtitore,cuius mandatum non finitur.
Hoc etiam tenet Inno.extra ð teſtib.c.ad hec.que erat olim ex
trauagans,poſita hodie in c.preſentiū.de teſtibus.li.vj.vbi di
citur,qð Abbas ſolus poteſt reuocare ſyndicium cōſtitutū ab
eo vna cum capitulo.Ratio,qꝛ etiā ipſe ſolus habet exercitiū
actionis,ſicut ⁊ tutor,d.l.ſi per epiſtolā.Et ideo in hoc aduerte
an ille,qui reuocat,haberet ſolum exercitiū,⁊ tūc ſolus reuoca
10 re poteſt,alias non.¶† Vlterius venio ad ſecūdū,dr̄ hic ī gl.
l etiāſi ðcretū requirat̄,qð preſumitur decretū†.dominus.Cld,
dicit cōtrarium:qꝛ eſt ſolennitas extrinſeca,l.quecūq3.ſ.de pu
blicia.in rē actio.⁊ dixi in l.ſciendum.ſ.de verbo.oblig.Et ꝑ
iſta gl.videtur caſus extra de his q̄ fi.a prela.c.ea noſcitur.vbi
dicitur,ꝙ illud,qð facit prelatus,preſumitur facere cum cōſen
m ſu capitulim.ſecundum gl.⁊ Inn.ibi,tamen audiui,ꝙ doc.Mo
derni aliter hodie.illud capitulū itelligūt,vt non preſumat:ꝙ
placet magis.poſſum9 tū ſuſtinere iſtā gl.iſto modo.Vos ſcitis
ꝙ vniuerſitas nō debet coadunari,niſi de mādato ſuperioris,
l.ij.C.de decur.lib.x.⁊ l.fi.C.de legationi.eo.lib.Vnde,ſi appa
ret vniuerſitatē eſſe coadunatā,⁊ hoc ð mādato ſupioris.poſſet
dici,ꝙ preſumatur decretū,imo ipſum coadunare ad hoc,⁊ hoc
11 permittere,eſt ipſum decretum,ar.d.l.ſolet.ſ.de tutel.† Hoc p̄
miſſo quero,an talis actor debeat cauere de rato,vel ſyndicus?
Reſpōdeo,aut cōſtat de mādato,⁊ nō tenetur cauere:alias ſe
cus,d.l.itē eorū.§.actor.An autē ī inſtrumēto ſyndicatus req
rantur nomina conſtituentium,dicā vobis ĩ.de albo ſcrib.l.j.
¶Venio ad tertium,ſ.ad magiſtratū,ſeu magiſtrū vniuerſita
tis.Et breuiter in eo dico idē per omnia,qð in actore,⁊ ſyndico
ciuitatis,l.ciuitas.⁊ ꝙ ibi no.ſ.ſi cer.pet.Qualiter autē poſſit
eſſe vniuerſitas,vel ciuitas,vel collegiū ſine actore,tāgā vobis
ĩ.de colle.illici.l.j.¶Venio ad quartum,dicitur hic,ꝙ curator
12 datus bonis cōſēſu creditorum non cauet.† quero vtrum in ta
li curatore requiratur decretū ſuperioris?Gl.hic in fi.dicit,ꝙ
nō.In contrariū videtur tex.in l.ij.circa prin.ſ.de cura.bon.
dā.Pro iſta gl.facit l.vlti.ſ.de cura.bon.dan.Sol.qñ curator
datur bonis abſentis,requiritur ꝙ detur a iudice,l.ij.ſ.de cur.
bo.dan.⁊ ibi dixi.Sed ſi datur bonis alicuius,qui ceſſit bonis,
tunc poteſt dari,creditoribus,d.l.fi.de.cura.bo.dan.

ADDITIONES.

a Alex.¶Qualiter cōſtituatur.Vide aliquid ꝑ Bartol.in l.ſi
actor.C.de appellat.
b Alex.¶Sequatur decretū.Adde ꝙ legitur,⁊ not.maxime ꝑ
Bart.in l.omnes.C.de epiſc.⁊ cle.Sed ad quē pertineat īueni
re actorem,ſeu curatorē,an ad minorē,an ad aduerſarium,⁊ an
ad iudicē ſpectet illū dare adulto ad lites.nemine petēte,⁊ quā
do tutor habet cū pupillo lites,vide de iſtis per Bald.in l.mu
tus.§.is qui.ſ.de procu.⁊ actor tutore conſtitutus debet ꝓdu
cere actoriā.⁊ tutoriam ſimul,⁊ quādo vtrūq3 ſimul opp.ꝑ par
te,vide Bal.ſ.de ne.geſt.in l.qui aliena negotia.§.quāquā.Itē
an poſſit minor ad curatorem ⁊ actorem petendū cogi ꝑ debi
tores vel creditores,vide Bald.in l.ait p̄tor.§.j.ff.de mino.vbi
dicit ꝙ ſic.Et an actor poſſet conſtitui ad futura.vide Bar.in l.
itē eorum.§.ſed ita.ff.ꝙ cuiuſq3 vni.nomi.⁊ ibi Bart.itelligit
predicta.ꝙ aut eſt datus ab vniuerſitate,⁊ pōt:qꝛ intelligitur
actor,i.ſyndicus,aut eſt datus a priuato,⁊ non poterit.Si autē
datur ad cauſas ſimpliciter,intelligitur ad preſentes.
c Alex.¶Dico ꝙ ſic.Cōtrariū dixit.Bart.ī l.neque tutores.C.
de procu.⁊ ibi dicit ꝙ cauſa nō eſt neceſſaria.
d Ponia.¶Quero de quo.Adde quod not.Bartol.in l.ſolet.ff.
de tutelis.
e Alex.¶Sint obligata.An bona actoris ſint obligata pupillo
vel adminiſtratori.vide Bald.in l.properandū.§.fi.C.de iud.
f And.Barb.¶Venio ad actorē.Qualiter inſtruatur actor v
niuerſitatis:vide do.Abb.ī c.j.ð ſyndi.vbi allegauit Bar.hic,
⁊ l.ij.C.de decur.lib.x.vide Joan.de Imol.ī c.fina.C.de ꝓcur.
Bal.in l.j.C.de ſer.reipub.ma.
g Alex.¶Primo quero.Qualiter cōſtituat̄ actor ciuitatis.vi
de Bal.per illum tex.in l.omnes.in princ.C.de epiſc.⁊ cle.⁊ vi
de Bal.in l.neque.C.de procura.ad fin.Et de hoc an requiratur
decretū,vide per Bal.in l.j.C.de ſer.Reipu.ma.⁊ dicit Bal.in
l.ſi cautiones.C.qui accu.nō poſ.quod vbi ſit ſyndicus alicuius
collegij perſonarum,non requiritur authoritas iudicis.qꝛ eſt
mandatum priuatum nō publicum:ſecus in ſyndico ciuitatis,
vel caſtri:quia eſt publicus.Adde Barto.⁊ Im.in l.j.§.ſin autē
collegiū.per illum tex.ad Trebel.⁊ Imo.in c.petitio.in glo.de
procu.⁊ Bal.refert.in d.nulli.ſ.ꝙ cuiuſque vniuer.no.Imo.
in c.fina.de procura.⁊ Bar.in l.ij.C.de leg.lib.x.
h Alex.¶Rei ꝓprie.Itē de rebus que ſeruando ſeruari nō poſ
ſunt,ſecundū Bal.in dicta l.nulli.ſ.quod cuiuſque vniuer.no
⁊ Imo.in l.j.in §.ſin autem collegium.ad Treb.
i Alex.¶Excōmunicat9.Vtrū ſi ſupior eſt excōmunicatus poſ
ſit decretum interponere,vtrum habeat vocē in numero decu
rionum:vide Inn.in c.nulli.de elec.⁊ ī c.cōſulti.de ꝓcu.⁊ reaſ
ſumpſit Bal.in l.itē.§.actor.ſ.qð cuiuſque vniuer.no.Bart.in
l.omnes populi.circa fi.j.q.prin.de iuſti.⁊ iur.
lz Alex.¶Tutor ſolus.Si pupillus conſtitui procuratorē cum
authoritate tutoris,an ſol9 tutor poſſit ꝓcuratorē reuocare,ad
de ꝙ not.Bar.ī d.l.ſi ꝑ epiſtolā.⁊ Bar.ī d.l.neque.C.de ꝓcu.
adde Inn.in c.bone.in gl.ī verb.tenere.de poſtu.prela.vbi po
nit an procurator conſtitutus a capitulo poſſit reuocari per ſin
gulos,de quo etiam per Bal.in l.ij.in xvij.q.C.de ſeruitu.
l Alex.¶Preſumitur decretū.Vtrū decretū preſumatur inter
ceſſiſſe.adde tamē ꝙ Bal.ī d.l.nō enim aliter.de adop.dicit.ꝙ
vbi decretum ꝙ eſt neceſſariū ad cōfirmationē actus reperitur
interpoſitū,ſēper preſumitur ꝙ cognitio,⁊ ordo iuris preceſſe
rint,niſi cōtrariū probetur ī decreto fori cōtētioſi:vt no.ī l.j.C.
de fide inſtru.⁊ iure haſte.fiſc.li.x.vt vide doc.ī d.c.cū dilect9.
de cōſue.⁊ qð no.Bar.in l.j.C.de edē.⁊ dicit Bal ī l.preſes.C.
quomodo,⁊ quādo iudex qð decretum preſumitur ſolēniter cū
cauſe cognitione interpoſitum,alle.hic notata.Et an decretum
preſumatur interpoſitū ex iuſtis cauſis,vide Bal.ī l.fi.C.de p̄
di mino.⁊ quod ibi dixi.Et adde Bal.ī l.quecūque.§.j.ſ.de pu
blica.adde que poſui in l.ſciendum.ĩ.de verbo.oblig.
m Alex.¶Conſenſu capituli.Feder.de Senis in cōſi.ccviij.⁊ Cō
poſt.in c.cū dilectus.de cōſue.tenet illā gl.dicit tamē hoc Cō
poſt.ꝓcedere,ſi partes referāt queſtionē,an cōſenſus iteruenerit
alias ſecus.Inn.⁊ Egid.quos.videtur ſequi Jo.An.dicunt.ꝙ
aut ſit cōtradictio ante inueſtituram,⁊ nō preſumitur cōſenſus,
aut poſt,⁊ preſumitur,l.j.cū ibi no.C.de fide inſtru.⁊ iure haſte
fiſ.li.x.niſi contrariū probetur.Idem dicit qñ opponitur cōtra
procuratorē conſtitutum abbate:qꝛ ante ſententiam non preſu
mitur cōſenſus,ſecus poſt.do.Ant.ibi etiam dicit ꝙ ſi ī inſtru
mento continetur,ꝙ interuenit conſenſus,⁊ tūc preſumitur,l.
j.cū no.C.de fide inſtr.⁊ iur haſte fiſ.⁊ videtur tex.ī c.tertio lo
co.de prob.Si vero in inſtrumēto nihil cōtinetur,⁊ nihil oppo
nitur,tūc preſumitur conſenſus,ſecundum ꝙ dicit Cōpoſt.Si
vero negat.tūc aut ſumus actibus,in quib9 ſufficit tacitus cō
ſenſus,⁊ preſumitur,vt in c.ea noſcitur.de his que fiūt a prela.
Si vero requiritur expreſſus conſenſus,dicit tūc,ꝙ in actib9,
in qb9 eſt dare quaſi poſſeſſionē,preſumitur pro poſſeſſore,ſi ſit
tanquā reus,ar.c.cum veniſſent de inſti.Sed ſi ſtat tanquā ac
tor nō preſumitur,niſi poſſeſſio ſi antiqua,facit c.illud.de pre
ſūp.In alijs autē actib9 dicit,ꝙ non p̄ſumitur conſēſus,niſi for
te factū ſit antiquū,iuxta no.per Inn.ī c.innotuit.de eo qui fur
ord.ſuſce.Cōtra tū iſtā diſtinctionē multū facit tex.in c.j.⁊ ij.ð
his que fi.a prela.vbi expreſſe ſubſcriptio requirit̄.Itē tex.in
c.j.de reb.eccle.nō alie.in vj.tractatus nō p̄ſumit̄,ſm ꝙ dicūt
doc.antiqui ibi,ſi modo cōtradicāt illi ð capitulo debito.tēpo
re,vt in c.ij.e.tit.Si vero cōtradicat̄ ab extrāeo,tūc ſecus.Sed
Abb.ī d.c.ea noſcit̄.alter dicit.Ideo ad hoc vide omnino Abb.
Sic.ī d.c.ea noſcit̄.⁊ ad materiā vide ꝙ no.Bar.ī auth.ſi quis
in aliquo.C.de eden.⁊ vide Lud.in d.l.ſciendum.de verb.obli

LEX X.

**Interdum.** Dicit͛ hic,qđ extra iudiciū p̄ſtat͛ ex cōuentione:q.d.i iudicio ex neceſſitate.hoc vult dicere,qđ extra iudiciū ex parte qua,cui cauet͛,⁊ cauētis dicit͛ ex cōuētione,q2 quālibcūq cauet͛ ð rato,nō tenet͛ vēdere,vel cōtrahere:ſed i iudicio eſt q̄dā neceſſitas cauſatiua ex parte cauētis,q2 nō audit͛ niſi caueat.Itē ex parte eius cui cauet͛:q2 h3 neceſſe ſe dēfēdere vel poſtulare.

LEX XII.

1 ☞ Act⁹ ſi gerit͛ me abſēte,⁊ ego cognoui,⁊ taceo,qñ videor approbare.
2 Ratum habere quis pōt abſente parte

**Quo enim tutiore loco.**

a **§. Rem haberi.** [a]Quero,quomodo fiat approbatio,[b]Di-
b cit Roge.nō improbare,ratihabitionis pars eſt.Contra iſtam gl.videt͛ tex.i l.procurator ad exhibendum.in fi.ſ.eo.titu.vbi
c nō approbare eſt improbare.Ad idem ſ.proxim.§.Tu dic ſic[c].
Quandoque geritur aliquis actus me preſente,⁊ in hoc vtrum preſens videat͛ cōſentire,vel diſſētire,nō eſt noſtra materia ſed de ea habes p gloſſ.in l.filiusfamilias.§.inuitus.ſ.de pecu.⁊ l.Caius.ſ.de pig.acti.⁊ per Dy.in c.is qui tacet.ð regu.iu.l.vj.⁊ p Cy.C.de pc.l.inuitus.⁊ ego plenius i l.que dotis.ſ.ſol.ma.
a Quandoq3 † geritur aliquis actus me abſente,tunc ſi ego cognoui,⁊ taceo,an videar approbare,vel improbare,eſt noſtra materia,in qua dic:aut geritur aliqs actus ptinens ad acqſitionem ⁊ ad mei cōmodū,⁊ tūc nō improbare,eſt approbare.i l.ſi abſentis.C.ſi certū petat.⁊ ibi p gloſſ.⁊ docto.⁊ hoc caſu pōt verū dicere Ro.Qñque geritur actus,q pōt reſpicere meū p̄iudiciū,vel reſpicit,⁊ tūc qñq ſupuenit ſimplex ſciētia,⁊ eo caſu nō approbare
d eſt improbare[d].l.pcurator.i fin.ſ eod.titu.⁊ pxi.§.Qūq ſupuenit ſciētia cū aliquo actu:vt cū p̄ſētatiōe literarū,vel iſtrumēti,
e ⁊ dominus recipit,⁊ tūc[f] nō improbare eſt approbare gl.ſi filius.ſ.
f ad Mace.facit extra de pen.c.j.i clemē.⁊.ſ.fur.aduer.nau.cau.ſta.l.j.§.fina.pdicta fallūt in l.fi.ſ.q ⁊ a quib⁹.⁊ l.i ſpōſalib⁹.ſ.
2 de ſpon.¶ † Quero,vtrū quis poſſit habere ratū abſēte parte: Reſpon.ſic,vt no.in l.Pomponius ſcribit.ſ.de nego.geſt.

ADDITIONES.

a P.Pau.P.¶ Rē hrī.vide Socin.i l.q agnitis.ſ.ð exceptio.
q. ergo ⁊c. Preterea, ſufficit ab initio intereſſe, l. qui autem. §. j.
ſ. ſi quis cau. Sed pone, ꝙ debitor, qui fuerat abſolutus vere,
erat debitor in centum, ſtatim domino agente incipit intereſſe
ſua in centum, ergo licet dominus poſtea ſuccumbat, ad tota
centum debet agi. Preterea, iniuria facta vni, alij non debet
prodeſſe, vel obeſſe, vt hoc. §. ⁊ l. exceptione. ſ. de fideiuſ. ſed hic
dominus qui poſtea egit, ſuccubuit ꝑ iniuriã iudicis: ergo iſta
iniuria nõ debet prodeſſe procuratori, vt teneat ad minus. Iſte
ſunt ratiões gl. in verb. hoc caſu. que incipit, ſcilicet cũ debitor.
ibi, ſicut ergo nõ agitur, ⁊c. Iſtud tenet gl. ſ. co. l. procurator ad
exhibẽdum. §. j. in fi. prime gl. magne, put ibi dicit, maxime, hoc
tenet expreſſe in d. l. alias. ſ. de iureiu. Hoc. cõmuniter tenẽt cõ
trariũ, ⁊ bene. Nã ſtipulatio de rato nõ cõmittitur, niſi ad id, qđ
intereſt, vt ſ. eo. l. cõmiſſa. ⁊ in ſtipulatione. ſed ſi ego ſum abſo-
lutus a domino, ⁊ a vero ꝓcuratore, non intereſt mea, niſi in ſum
ptibus. ergo ſolũ ad ſumptus cõmittetur. Pro hoc videt caſus
j. eo. l. fi. i prin. Preterea, ſi reus fuit abſolutus a dño, nõ põt di
cere ſe abſolutũ per iiuriã iudicis, l. ſeruus pluriũ. §. j. ſ. de leg.
j. ⁊ quod no. ĩ l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis forte. ſ. de ver. ob. ⁊ ſic nõ
põt allegari ꝯ procuratorẽ, ſua intereſſe in toto debito. Preter
ea: quando ex poſt facto, deſinit intereſſe, ⁊ ceſſat damnum de p-
terito non ſufficit ab initio intereſſe, l. cum. §. qui iniuriarũ. in
fi. ſ. ſi quis cau. ſed hic ſecuta abſolutoria ceſſat damnũ de pteri
to: ergo, ⁊c. Et per hoc apparet reſponſum ad omnes rationes
Io. Non enim obſtat prima ratio, q2 nõ precedit illa ſimilitudo
inter procuratorem falſum, ⁊ verum propter diuerſitatẽ ratio
nũ. Nõ ob. ſecunda ratio, q2 nõ poteſt reus docere ſua intereſſe
in toto debito: q2 diceret cõtra ſententiam pro ſe latam; ⁊ q2 ceſ
ſat damnum de preterito, vt dixi. Et eodem modo nõ obſtat ter
tia ratio. q2 non poteſt allegare ſententiam latam pro ſe eſſe in-
iurioſam. Nõ ob. l. procurator ad exhibẽdum. §. j. ſ. eo. per quã
gl. hoc tenet in d. l. alias. ſ. de iureiur. q2 ibi loquit, quando fal-
ſus procurator obtinuit, ⁊ exegit, ⁊ dominus ſuccubuit merito
intereſt debitoris in toto eo quod ſoluit procuratori: queſtio no
ſtra loquitur, quando falſus procurator ſuccubuit, ⁊ etiã domi
nus. Sed ſi velles intelligere queſtionez iſtius gl. ibi, dum dicit
que eque inſolidum debet committi, etiã vbi ego dominũ iniu-
ſte ſuperaui, ⁊c. quod procurator falſus me vicerat, tũc iſta gl. di
ceret veruz, p. d. l. procurator ad exhibendũ. §. j. ¶ Et ideo pro
declaratione huius materie debes aſſumere quatuor cõbinatio
5 nes in procuratore vero, ⁊ quatuor in falſo. In vero † ꝓcuratore
prima combinatio eſt, quando verus procurator primo egit ⁊
ſuccubuit dominus poſtea egit, ⁊ obtinuit, certe cõmittitur ſti-
pulatio ad expenſas litis tantum, vt in d. §. cum autem. ſecũdũ
6 vnam lecturam. † Secunda combinatio eſt, quãdo verus procu
rator egit, ⁊ obtinuit, ⁊ domin⁹ poſtea egit, ⁊ ſimiliter obtinuit,
tunc videtur idem, quod ſolum ad expenſas litis committatur
ſtipulatio iſta, vt in iſto noſtro §. ſecundum vnam lecturã. Hoc
tamen intelligo, quando illi procuratori fuerat ſolutũ, q2 habe-
bat mandatum ad ſolutionem recipiendam, ⁊ ſic ſentit gl. alias
in nullo committeretur ſtipulatio. Nam etiam ſi ipſe dominus
egiſſet, ⁊ obtinuiſſet, non facta ſolutione, non obſtaret ſibi exce-
ptio rei iudicate, l. euidenter. ſ. de exce. rei iudi. ſic nõ debet no
cere ſi egit verus procurator, obtinet ⁊ ſic ſtipulatio non com-
mi titur. j. ea. l. §. ſi procurator. Idẽ ſi ſoluiſſet illi vero ꝓcura-
tori non habenti mandatum ad recipiendam ſolutionem. Nã
tunc hec ſtipulatio nõ poſſet committi, ideo quia dominus egit
⁊ iudicatum vel ſententiam latam non habui, per eadẽ ratio-
nem: ſed bene poteſt committi, quia non habet ratã ſolutionem
7 ſi ſuper hoc fuit cautum. † Tertia combinatio eſt, quãdo procu
rator verus egit, ⁊ obtinuit, ⁊ dominus egit, ⁊ ſuccubuit: ⁊ tunc
committitur ſtipulatio ad expenſas litis tãtum, vt hic in verſi.
Marcellus. ſecundũ vnam lect. quod intellige, ſi procuratori
fuit ſolutum, ⁊ habebat mandatum ad hoc alias ſecus, vt ſ. dixi
8 † Quarta combinatio eſt quando procurator verus egit, ⁊ ſuccu
buit, ⁊ dominus ſimiliter egit ⁊ ſuccubuit, tunc non poteſt com
mitti ſtipulatio, niſi ad litis expẽſas, vt hic in ver. Marcellus.
9 † Poſſumus addere [c] quintam combinationem, quando procu
c rator verus egit, ⁊ obtinuit, ſiue ſuccubuit, non curo ⁊ dominus
poſtea egit, nec obtinuit, nec ſuccubuit. ſed lis pendet, vel perẽ-
pta eſt inſtantia, vel alio modo finita rei interitu, iſto caſu comit
titur ſtipulatio, niſi ad expenſas. Ita poteſt intelligi hic, verſic.
Marcellus ſecundum vnam lect. quam tangit hic gl. ſuper ver
10 bo, amiſerit. ¶ † Videamus de falſo ꝓcuratore. ⁊ in eo prima
combinatio eſt quãdo falſus procurator egit ⁊ ſuccubuit, domi
nus egit ⁊ obtinuit, committitur ſtipulatio ad intereſſe totale,
ad id quod domino eſt ſolutum, ⁊ ad expenſas, l. iij. in fi. ſ. co. ti. ⁊
11 no. hic in gl. † Secunda combinatio eſt, quando falſus procu-
rator egit, ⁊ obtinuit, dominus etiã egit ⁊ obtinuit, ⁊ idẽ, q2 ad
totum intereſſe cõmittitur, argu. d. l. iij. in fi. ſ. co. ti. Tertia com-
binatio, quãdo falſus ꝓcurator egit, ⁊ ſuccubuit dominus egit
⁊ ſimiliter ſuccubuit, ⁊ in hoc ſunt opi. ⁊ vidiſtis ſup hac gl. Ego
tenui, ꝙ ſolũ ad impenſas committitur, vt ĩ l. fi. in princ. j co. ti.
12 † Quarta combinatio eſt quando procurator falſus egit, ⁊ obti-
nuit, dominus egit, ⁊ ſuccubuit, iſta ſubdiſtinguitur in duos ca-
ſus. Aut iſte falſus procurator exegit debitum, ⁊ ſtipulatio de
equitate cõmittitur ad totũ intereſſe: ſed de rigore ad nihil vt
ſ. hac lege verſi. quod ſi procurator per iudicẽ. Aut iſte procu
rator exegit debitum, ⁊ tũc ſunt opi. in l. procurator ad exhibẽ-
dum. §. j. ſ. e. ti. Veritas eſt, quod ad totum intereſſe cõmittitur

⁊ ad totum id, quod illi falſo procuratori eſt ſolutum, d.l. procurator ad exhibendum. §. j. ſ. ver. proxi. qđ ſi debitam. †Quinta combinatio poteſt eſſe, quãdo falſus procurator egit, ⁊ obtinuit, ſiue ſuccubuit, dominus poſtea egit, nec ad finem litem perduxit. iſto caſu ſi quidem procurator egerat, ⁊ exegerat, ſtatim committitur ſtipulatio ad totum: quia in toto intereſt rei ſtatim, cum non habetur ratum, d.l. procurator ad exhibendum. in fin. ⁊ l. quo enim. §. j. ⁊ §. Julianus. ſ. eo. tit. In caſu tamen non poteſt ex ea ſtipulatione agi, niſi poſt ſententiam. d.l. pcurator ad exhibendum. in fi. ſ. eo. titu. ſed ſi procurator egit, ⁊ non exegit, tunc ſtatim cum dominus agit, cõmittitur ſtipulatio ad litis impenſas: ⁊ ſi poſtea plus impendet, vel dominus exegerit, ad plus cõmitteretur, d.l. ſi procurator. ſ. e. tit. quod dixi in domino agente, idem intelligas in eo, qui haberet ab eo cauſam, l. ſi indebitũ. in fi. ſ. eo. Secus ſi ageret alius, qui ab eo cauſam non haberet, vt j. eo. l. proxima. ¶ Reſtat in gl. vna queſtio. Procurator verus egit, ⁊ exegit. dominus ſimiliter egit, ⁊ exegit, vtrum dominus poſſet repetere a vero procuratore illud, quod ipſe exegerit: Gloſſ. hic ſuper verb. ne iniuria. in fi. tenet, quod non: quia ſi dominus hoc conſequeretur a debitore, ⁊ a procuratore eſſet iniuria: ⁊ ſic quidam intelligunt iſtum tex. Iſta lec. reprehenditur per l. ſi quis negotia. ſ. de neg. geſt. ⁊ per l. qui ꝓprio. §. pcurator vt in ceteris. ſ. de procu. ⁊ per l. ex mãdato. in prin. ſ. mã.

d ¶ Contra omnia[d] predicta opp. venire cõtra de facto non facit ſtipulationem committi, l. continuus. §. cum quis. ſ. de ver. obl. Sed ſi verus procurator egit, dominus nõ poteſt poſtea agere de iure: ergo egit de facto vnde non debet committi. Gl. que eſt poſita ſuper verbo, impẽſas, fatetur, ꝙ hec ſtipulatio eſt huius nature, ꝙ cõmittitur, etiam ſi aliquis ſolum de facto agat. Mihi videtur, ꝙ hic non agatur de facto, imo de iure: qr res iudicata cum procuratore nõ perimit actionem dño cõpetentem ipſo iure, ſed ope exceptionis. Preterea, poſito ꝙ eſſet actio perempta ſolutione, adhuc agit de iure, qr valet ⁊ tenet inſtantia, licet nõ habeat actionem, l. cum putarem. ſ. fami. erciſ. ⁊ extra de re iudi. c. Abbate ſane. lib. vj. Non tamen per hoc impugno, quin etiam ſi agatur de facto tantũ, vt coram iudice incõpetenti, vel ex alia cauſa, ꝙ cõmittatur ſtipulatio ſaltem ad ſumptus, l. vbi. C. de tranſ. Nõ obſtat l. continuus. §. cum quis. ſ. de ver. obl. vt ibi dixi. ¶ Item opp. ſententia cõtra ſententiã eſt ipſo iure nulla. l. j. C. quando prouo. nõ eſt neceſ. ſed hic ſi procurator primo obtinuit, vel ſuccubuit. nõ poteſt valere ſentẽtia lata poſtea. cũ domino, cõtra primam, vel etiam ſecũdum primam, ſecundũ aliquos modernos i d.l. j. C. quãdo prouo. nõ eſt neceſ. Sol. d.l. j. debet intelligi, quando ex eadem inſtãtia ſequuntur due ſentẽtie: quia tunc prima tantum valet. ſecus ſi ex duabus inſtantijs quia tunc põt valere vtraque: vt hic, ⁊ ſupra de excep. rei iud. l. duobus. ⁊ quod ibi no. in gl.

14 ¶ † Pro declaratiõe huius materie quero duo. Primo, vtrum actio deſcendens ex hac ſtipulatione ſit pretoria, vel ciuilis. Roff. in libelis ſuis ſuper h. c. tit. dicit, ꝙ eſt ciuilis, ſcilicet certi cõdictio ex ſtipulatione: vel actio ex ſtipulatu. ⁊ ideo dicitur pretoria hec ſtipulatio: qui per procuratorẽ eſt inducta, eo ꝙ quis cogat eã preſtare, nõ ꝙ actio ſit pretoria. Pro hoc facit ſupra de poſ. here. pe. l. j. ⁊ qđ ibi not.

15 ¶ † Ultimo quero, an ſtipulatio rẽ ratam haberi, habeat paratam executionẽ cõtra fideiuſſorem: Uidetur ꝙ ſic, ſicut in ſtipulatione de iudicio ſiſti: vt dixi ſupra tit. j. l. j. In contrarium videt, ꝙ debeat nouo iudicio agi. ſ. eod. l. pcurator ad exhibẽdũ. §. j. ibi, ſed cũ debitor ex ſtipulatiõe agere cepit, ⁊c. ⁊ ſupra ea. l. circa prin. ibi, exiſtimo ea actione cum eo agi. ⁊ ſic innuit nouũ iudicium eſſe inchoandum. Breuiter dico, aut iſta ſtipulatio interponitur extra iudicium. ⁊ eſt opus nouo iudicio. Ita loquit ſupra ea. lege in prin. nec põt fieri executio, ar. p hoc ſupra đ re iudi. l. a diuo Pio. §. ſed ſi emptor. Sed ſi eſſet interpoſita in iudicio, tũc puto ꝙ haberet paratam executionem per rationes, quas dixi in ſtipulatione iudicatum ſolui, ſupra tit. j. l. j. ⁊ p rationes, quas dixi in ſtipulatione de iudicio ſiſti, ⁊ ſimilibus.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Non põt ſolui. Utrũ poſſit ſolui pcuratori caventi de rato, de cuius mãdato dubitatur, vide p doc. maxime Moder. in l. j. C. de pcura. ⁊ ibi Bald. in fi. dicit, ꝙ non. ⁊ ibi plene dixit Bal. in l. non ſolum. §. qui alieno, ſ. de proc. aliquid per Imo. i l. apud Julianum. §. vtrum. ſupra ad Trebel.

b Alex. ¶ Et credo. Bart. hic tenet cõtra communem opi. videlicet, ꝙ poſſet ſolui pcuratori, de cuius mandato dubitatur cũ cautione de rato. ⁊ p ſua opi. facit ꝙ no. Spe. in titu. de cõiuncta perſona. ⁊ quod retuli. in l. vero procuratori. ſupra de ſolutio. Claud. de Seyſſ. ¶ Poſſumus addere. Ex iſtis omnibus cõbinationibus apparet, ꝙ qui habet mandatum. etiam ſi ꝓmittat

c de rato, non obligatur: quãuis dominus non ratificet, niſi quo ad exceptionem, de quo vide per Aret. cõſi. xl. ⁊ latius conſil. c. vbi ponit etiam quid ſi iurauit facere ratificare.

d Alex. ¶ Contra omnia. Uide etiam omnino hic, que habes per me in l. ſi quis maior. C. de tranſactio. vbi nota.

☞ Factum nomine defuncti, poteſt ratũ haberi per heredem.

§. Si procuratori. †Not. ꝙ factũ nomine defuncti põt habere ratũ p heredem. Contra ſupra eod. l. ſi is cui. Sol. vt ibi dixi, ⁊ dicã. j. eod. l. bonorum. ¶ Ꝙ pp. ſi iſte fuit verus procurator, ſtipulatio non poteſt committi, niſi ad impenſas, vt ſupra proxi. §. Solu. Intellige, quod procurator erat funditus falſus, vel ſi erat verus, erat reuocatus morte domini, ⁊ ſoluens ſciebat eũ mortuum, alias eſſet liberatus, l. cum quis. §. j. ⁊ l. diſpenſatorem ſupra de ſolutionib.

☞ Stipulatio ſimplex, intelligitur de heredibus.

§. Si in ſtipulatione. Hunc finem intelligit gloſſ. in verb. per imprudentiam. ꝙ per imprudentiã ſtipulatoris committebatur ipſo promittẽte cõmittere dolum, Et intellige, ꝙ dolus fuit in hoc commiſſus, quia fuit in ſtipulatione adiecta dictio tantum, vt Lucium Titium tantum ratum habiturum. Nam † ſi hoc nõ eſſet dictũ, ſimplex ſtipulatio de heredibus intelligeretur, vt vidiſtis de ver. ob. l. ſtipulatio iſta. in prin. Unde propter hoc clauſula doli non poſſet committi.

§. Si procurator. Nota iſtã regulã, que ponitur hic, ibi plerũq; aute, ⁊c.

☞ Mutatione perſone extinguitur cautio de rato.

§. Qui patris. † Mutatione perſone extinguitur cautio rem ratam haberi: ⁊ ideo in ſtipulatione ſunt cõprehendende perſone, ad quas veriſimiliter iudicium debet tranſire. h. d. ¶ Ad euidentiam ſcias, quod ex iniuria facta filio competit actio iniuriarum patri, ſeu auo, qui eum habet in poteſtate ⁊ ipſi filio tamen pater ſeu auus habet exercitium vtriuſq; actionis. Secundo ſcias, ꝙ patre mortuo filio emãcipato inſtantia iſtius actionis iniuriarum tranſit ad filium, quanquam non ſit heres: vt j. de iniur. l. ſed ſi vnius. §. filio. Hoc premiſſo, pone caſum in terminis vt litera iacet. ¶ Nota, ꝙ ex mutatione perſone cauentis extinguitur cautio

a de rato. ⁊ ideo de neceſſitate debet alia perſona comprehendi.[a] ¶ Ꝙ pp. de l. non ſolum. §. ſi pater. ſ. de procu. Solu. ibi agebat ipſe pater: hic alius procuratorio nomine pro parte, de cuius mandato dubitabatur. Iſta eſt vera ſol. ¶ Quero circa hãc legem, quam actionem intentabat iſte procurator: Dicunt quidam, ꝙ intentabat actionem iniuriarum pretoriam competentem patri pro iniuria facta filio. Alij dicunt, quod intentabat actionem iniuriarum ex lege Cornelia, que competit ipſi filio. Primam opin. tenet gloſſ. ij. huius §. ⁊ gl. magna ſuper verbo. filij. Nam cũ hic procurator ageret nomine patris, non poteſt dici, quod intentet actionem ex lege Cornelia que patri non competebat, ſecundum iſtam glo. Vel verius dico, quod hic intentabatur actio ex lege Cornelia competens filio: ſed quia pater illius actionis habebat exercitium, ideo procurator patris intentabat illam actionem ſicut poterat ipſe pater. Et iſtam puto veram. Nã ſi iſte procurator egiſſet actione competenti ipſi patri illius actionis inſtantia non tranſiret in filium: ſed poſt litem conteſtatam tranſiret in heredem, aut mortuo patre extingueretur, l. iniuriarum. j de iniur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum, ſupra, ſi quis cau. ⁊ ideo hoc intelligitur, quod hic intentabatur actio competens filio, cuius exercitium competit patri. Ita intelligo glo. hic ſuper verbo, ab filium. Querit glo. vtrum ſufficeret, ſi in ſtipulatione diceretur, promitto ratum habiturum eũ, ad quem ea res pertinet: Dicit gloſ. quod non: quia illis verbis ſolum heredes comprehenduntur, ⁊ bene dicit gl.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Comprehendi. Uide gl. Bal. Ang. ⁊ Imo. in l. ij. §. fin. ff. ſolu. matri.

LEX XXIII.

☞ Forma ſtipulationis interponende de rato.

PRocurator cum peteret. Iſta eſt no. lex. ⁊ clara. Breuiter hoc dicit, Factũ falſi procuratoris non facit committi ſtipulationem de rato ab alio interpoſitam. No. text. ibi nam in ſtipulatione cauetur ⁊c. nota quod dixi in ſummario. Secundo not. †formam ſtipulationis interponende de rato, licet Cy. de oc diſputet in l. j. C. de procu. allegat bene hanc legem, debet tñ in hac forma ſtipulationis adijci clauſula doli, quod promittat dolum malum abeſſe abfuturumque eſſe, vt ſupra l. proxi. §. ſi in ſtipulatione. Item debet adijci quandoque perſona alterius, ad quam iudicium poteſt veriſimiliter trãſire: vt ſupra proxi. §. fi. Querit gloſſ. vtrum hoc caſu ſaltem hec ſtipulatio committatur ad

expenſas

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

expenſas.Gl.dicit,quod non,⁊ aliud eſt in vero procuratore,vt
vidiſtis ſupra eodem l.in fine.§.cum autem.

LEX XXIIII.

1 Defectus ſuperueniens quãdo impediat ratihabitionem.
2 Ratihabitio non impeditur quando defectus impediens rati-
habitionem ſuperueniet.⁊ poſtea ceſſauit.
Filium qui habuit ex cõcubina,⁊ poſtea duxit vxorem qua mor
tua vult ducere concubinam poteſt:⁊ matrimonium primũ nõ
impedit legitimationem filij nati.
3 Actum nomine defuncti an poſſit haberi ratum per heredem.
4 Abbas põt rata habere geſta nomine alterius,qui poſtea in-
greſſus eſt religionem.
5 Geſta nomine prelati tanquã prelati põt ſucceſſor in prelatu-
ra habere rata:ſecus ſi nomine prelati tanquã priuate perſone.
6 Geſta nomine vnius canonici,non poſſunt haberi rata per ſuc
ceſſorem in canonicatu.

a BOnorum. Hec lex deberet ſcribi literis[a] aureis. Breuiter hoc intendit.
Si ſuperuenit defectus ex parte ratum habentis,ra
tihabitio impeditur:ſecus ſi ex parte gerentis. No-
ta legem,⁊ nota bene,⁊ menti tene verſiculũ,an autem ⁊c. ¶ C p.
po.de l.cum decem mihi.§.j.ſ.de ſol.Gl.non ſoluit. Tu dic ibi,
tempore quod ratum habebatur,poterat geri negocium:quia
poterat ſolui pro reo obligato,licet fideiuſſor eſſet liberatus.
¶ Secundo opp.C.ad Mace.l.fi.⁊ l.ſi filius.⁊ de alijs legibus
b que dicunt ratihabitionem[b] retrotrahi,⁊ mandato comparari.
Sol.Dicit Dyn.hic.⁊ in c.ratihabitionem.de reg.iur.lib.vj.⁊
Cyn.i l.vlti.C.ad Macedonia.quod iſtud eſt ideo,quia poteſt
hic ratum habenti imputari culpa tacite repudiationis,nã ta-
c cendo[c] per centum dies videtur repudiare,l.j.§.ita autem.ſu-
pra,ſi ta.teſt.nu.exta.facit quod notatur in l.ſi ego.ſ.de ne.geſt.
Iſtud nõ placet mihi:quid enim ſi mortuus eſt iſte,cuius nomi
ne petita eſt bonorum poſſeſſio:certe nulla culpa poteſt ſibi im
putari,tamen heres non põt habere ratum,l.ſi is cui.ſupra eo
dem. Preterea hic ſunt duo. Primum eſt ius petende bonorũ
poſſeſſionis,⁊ de hoc loquitur Dy.quia videtur tacite repudia-
re. Secundum eſt agnitio facta per iſtum geſtorem,⁊ iſta nun-
quam fuit repudiata:quia de hac non dicitur. Conſtat enim,qđ
ſi ſemel repudiaſſet,non poſſet poſtea ratum habere,l.diſpenſa
torem.in fi.ſupra.de ſol. Sed ego video,quando quis expreſſe
repudiauit primũ ius,ſuper quo actus eſt celebratus,non ipe-
ditur ratihabitio.d.l.cum decem mihi.§.ij.⁊ l.ſi quis offerẽti.§.
fi.ſupra de ſolu.ergo hic non impeditur propter tacitam repu-
d diationem.Solu. Ego quantum ad ſignata contraria dico,qđ[d]
ratihabitio retro trahitur,quando ratum habetur tempore,
e quo[e] negocium poteſt geri:ſecus ſi defectus ſuperueniat,ita lo-
† quitur hic. Sed contra† hoc opp.de l.cum decem mihi.§.ij.⁊
d.l.ſi quis offerenti.§.fi. Sol.licet dubitem.hic ſuperuenit defe
ctus ex legis diſpoſitione:ibi ex diſpoſitione hominis. Ratio,
quia in his que reſpiciunt nullitatem ipſius actus,durius agi-
tur cum lege,quam cum homine,l.ſi libertus.de iure patrona.
1 ⁊ dixi in l.amplius.ſ.e.ti.† Et ideo pro declaratione huius ma
terie diſtingue,quandoq; ſuperuenit defectus ex parte geren-
tis quandoq; ex parte ratum habentis,quandoq; ex parte rei.
Primo caſu,ratihabitio nõ impeditur,vt hac l.ij.rñ. Secũdo
caſu aut ſuperuenit defectus ex legis diſpoſitione,⁊ ratihabitio
impedit,vt hac l.j.rñ.⁊ l.ſeq.in fi. Aut ſuperuenit defectus ho-
minis facto,⁊ tũc aut quis vult ratũ habere in preiudiciũ eius,
qui geſſit illũ actũ:q2 ratus habetur,⁊ tunc nõ impeditur rati-
habitio l.cũ decem mihi.§.ij.ſ.de ſol. Aut in preiudiciũ tertij,⁊
tunc aut ille tertius fingitur vna perſona cũ gerente,⁊ idem:q2
poteſt ratũ haberi. Exemplum in duobus reis in d.l.ſi quis of-
ferẽti.in fi.§.de ſol. Aut eſt perſona prorſus extranea,⁊ in eius
preiudicium non põt ratum haberi.l.ſi partem.§.fi.ſ.quemad
mo.ſer.amit.⁊ l.potior.in fi.ſ.qui potio.in pig.ha. Ita intelligi
tur qđ dixi in l.ſi.indebitum.§.fi.ſ.eo.ti. Tertio caſu,qñ ſuper-
uenit defectus in re,ſuper qua aliquid agitur,ratihabitio impe
ditur l.neceſſaria.ij.qñ pendente.ſ.de periculo.⁊ cõmi.rei ven.⁊
2 l.eum,qui ita.§.fi.ſ.de verb.obl.⁊ l.quoties.ſ.de noua. ¶ † Sed
quero,quid ſi defectus impediens ratihabitionem ſuperuenit,
⁊ poſtea ceſſauit,an impeditur ratihabitio. Rñdeo non,ſufficit
enim extrema eſſe habilia,nõ curo de medio l.exiſtimo.ſ.de ver.
ob.⁊ l.ſed ⁊ ſi.fi.c conditione.§.ſolemus.ſ.de hered.inſti.facit qđ di-
xi in materia fictionis trãſlatiue,in l.ſi is qui pro emptore.ſ.de
f vſuca. ¶ Et p hoc poſſumus determinare queſtionẽ,[f] Aliquis
habuit concubinam ⁊ filiũ ex ea poſtea accepit vxorem,q̃ mor-
tua eſt,nunc vult accipere concubinã in vxorẽ,an matrimonium
inter mediũ impediat legitimationẽ filij primo nati: Et per pre
dicta videt dicẽdum,qđ nõ:⁊ ita videtur ponere pro conſtãti in
quadã ſua diſputatiõe Richar. Malũ quã diſputationẽ ponit
Jo.And.in mercuria.ſuis,ſcilicet in c.ſine culpa.de reg.iu.lib.
3 vj. ¶ † Quero,vtrũ factum nomine defuncti[g] poſſit haberi ratũ
g per heredẽ; Dy.tractat in c.ratũ,in pe.q.de re.iur.li.vj.⁊ ibi de
terminat,quod aut fuit geſtus actus,qui ſolui tranſire ad he-
redem,⁊ non põt per heredẽ ratus haberi,l.ſi is cui,ſ.e.arg.hu
ius legis in prin. Aut eſt actus tranſitorius ad heredẽ,⁊ põt p
procuratorẽ ratus haberi.l.ſi is cui.ſ.eo.⁊ l.ſi fine.§.ſi procurato
4 ri.ita dicit ipſe,⁊ bene. ¶ † Quero,vtrũ geſta noĩe alterius poſ
ſint haberi rata per Abbatẽ moneſtarij qđ ingreſſus eſt poſtea
Rñdeo q ſic,ſicut dicim᷒ de parte arrogatore.ſ.de ſo.l.ſi quis
5 offerenti.§.ſi creditor. ¶ † Quero,vtrum[h] geſta nomine prelati
h poſſunt rata haberi p ſucceſſorẽ in prelatura: Dyn.dicit q ſic,
d.c.ratũ.in vlt.q.ſi fuit geſtũ noĩe prelati tanq; prelati,⁊ ſic cõte-
platione eccleſie,vel dubitat arg.eorũ que ſ.diximus de here-
de,qui repreſentat defunctũ,l.annua.§.vlt. de annu.leg.ſecus
ſi nomine prelati tanquam priuate perſone:q2 ratũ alius habe
re non poteſt,quod eius nomine non eſt geſtũ l.ſi pupilli.§.ſed
i ſi ego.ſ.de negocijs geſtis.quod ſatis placet. Querit vltra Dy.
6 vtrum † geſta nomine vnius canonici poſſint rata haberi per ca
nonicum,qui ei poſtmodum ſucceſſit: Inn.dicit quod non. Nã
in iuribus canonici ſuccedit capitulum,licet alius ſuccedat in
prebenda. Ita not.per Inno.extra de elec.c.quod ſicut:i gl.ſu-
per verbo,conſentire.quod eſt notabile,non habetis hic alias.

ADDITIONES.

a Alexã. ¶ Scribi literis. Et vide quod per hanc legem dicit do.
Ant.in c.cum veniſſet.in fi.de reſti.ſpol.⁊ limita vt per Bal.ĩ l.
Labeo.de iureiu.⁊ alietr vt p Ang.⁊ Pau.de Caſt.hic ⁊ Jac.
Bu.⁊ Bar.in l.j.C.qui admi.⁊ aliter vt per Ang.in l.ſi is qui p
emptorẽ.⁊ ibi Jmo.de vſucapio. ¶ Claud.de Seyſſell. Adde q
per hanc l. Alex.in l.quod meo. in prin.determinat duas nota
biles queſtiones.⁊ vide etiam Pano.⁊ Prepo.in c.pterea.
ij.de appellat.
b Alex. ¶ Ratihabitionem. Utrum ratihabitio retrotrahatur,⁊
mandato comparetur,vide Bar.⁊ Bal.in l.obſeruare.ſ.de of.
procu.⁊ limita vt p Bar.in l.ſi vxor.§.ſi quis vxorẽ.j.de adul
te.⁊ vide Ang.in l.ſi ego.ſ.de neg.geſt. Sed vtrũ mandatũ ſu-
perueniens poſt actum ceptum,⁊ non perfectũ,retrotrahatur
ad geſta,tex.eſt no.q ſic,i l.Julianus.vbi no.per gl.⁊ doc.ſ.qui
ſatiſ.cog.ſecus ſi actus eſſet iam cõſummatus,vt in l.ſi vero non
remunerandi.in §.ſi poſt creditam.ſ.man.⁊ voluit Bar.i d.l.ſi
vxor.§.ſi quis vxorem.de adul.⁊ voluit Ang.⁊ Bal.i d.l.Julia
nus quod ſignanter mandat notari. Item adde quod manda-
tum ſuperueniens ita demum trahitur retro,vt ſ.dixi ⁊ ratifi-
catio inducitur,quando mandans ſciuit iudicium inchoatum
nomine ſuo,alias non videtur ratificare ſi ignorat per l.ſi quis
ita §.ſi.ff.de teſta.tu.ſecundum quod voluit ſing.Jo.and.in ad
di.Spe.in tit.de procu.§.j.Ubi etiã alle.d.l.Julianus. Et i iudi
cijs qualiter ratihabitio poſſit operari,vide no.per Ang.in l.ſi
defunctis.ſ.de proc. Et an hec ratihabitio retrotrahatur etiã
in caſibus,in quibus recurritur ſpeciale mandatũ. Jo.An.di-
cit,quod ſic,in c.cupientis.de electione.in vj.probatur per tex.
in c.j.de homici.eod.lib.⁊ not.doc.i l.licet.ſupra de iudi.⁊ i l.fi.
C.ad Mace. Et ad mandatũ adde que dixi Archi.in c.conſti-
tutionem de verb.ſigni.lib.vj.quod ſi authoritas epiſcopi,que
debet ineſſe ſtatuto per capitulum facto a principium defuerit.
quod epiſcopus notificando ſtatutum capituli,illud non confir
mat:quia eſt diuiduum omne id quod requiritur ad ſolennita-
tẽ. Ita refert Bald.in c.j.in prin.de ali.feu.paterni.ad hoc vi-
de melius not.Barto.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ſ.de
acquiren.here.⁊ in ſupradicta materia vide que ibi dixi. Ad li
mitationem huius regule,vide Bart.in l.ſi pecuniam de nego.
geſt.C.ſed vtrũ reprobatio retrotrahatur,⁊ ratihabitioni equi
paretur,vide Bart.in l.Pomponius.j.ſ.de neg.geſt. Et an ra
tihabitio retrotrahitur in preiudicium tertij vide no.per Bar.
⁊ Bal.in l.ordo.in fi.C.de execu.rei iudi.⁊ Barto.hic. Et adde
q vbi lex requirit mandatum pro forma,non equiparat ratiha
bitio mandato.ſecundũ Bal.no.in l.pe.de execu.rei iudi.⁊ no.
quod ratihabitio non trahitur retro in preiudicium iuris iam
queſiti ex ſententia,ſecũdum Bal.in authẽ.ei qui.C.de tem.ap-
pel.⁊ vide not.in materia p glo.Bar.⁊ que ibi dixi,in l.ſi tutor.
C.in quib.cau.in integrũ reſtitu.non eſt neceſ.per Bal.in l.ſi
vxor.C.de condit.inſer.⁊ vide per iſtã legem in materia no.gl.
in c.ratihabitionem.de reg.iur.in vj.⁊ vide plene Ja.de Bel.
in l.per fundum.ſupra de ſerui.ruſti.predi.⁊ per Joã.And.in
d.regula,ratihabitionem.de regu.iur. Sed quid de illo brocar
do ſciente,an ſint paria a principio ſcire.⁊ poſt ſcire,⁊ peti vide
Bald.in l.cum ancillis.in fi.C.de inceſt.nup.⁊ quantum tem-
pus requiratur ad ratificandum,vide in l.ratum ſupra de ſolu.
Utrum ratihabitio trahatur retro,vide Bartol.in l.aliena.in

pꝛin. ſupꝛa de pig. act. ⁊ Bar. in l. ſi fundus. §. j. ſ. de pignoꝛi. ⁊ in l. quid ergo. in pꝛincip. de his qui not. infa. ¶ Adde, an ratihabitio retrotrahatur, ⁊ quando tertio poſſit pꝛeiudicare, Bal. conſi. xc. j. lib.

c Alex. ¶ Nã tacendo. No. ꝙ tacens, ⁊ permittens labi tẽpus, videtur tacite renunciare iuri ſuo, l. ij. C. in quibus cau. in integ. reſt. non eſt nec. Quod intellige verũ in iure querẽdo: ſed in iure queſito curſus pꝛeſcriptionis non inducit conſenſum renunciãtis, vt no. in l. fin. ĩ. eo. ⁊ not. Bald. in l. j. C. de integ. reſti. mino. ⁊ etiam vide que dixi poſt Bar. in l. ſi quis arbitratu. de ver. ob. ⁊ eſt tex. in l. alienationis verbo. de ver. ſig. Quo ad pꝛimũ dictũ hic allegat Bar. in l. fi. C. in quib. cau. in inte. reſti. ⁊ l. facta. §. ſi quis bonoꝛũ. ſupꝛa ab Trebel. quam ad hoc alle. Bald. in l. j. C. quando non pe. vbi dicit, quod in iure obtinendo curſus tempoꝛis habet vim efficaſſime repudiationis.

d And. Barb. ¶ Dico ꝙ Et adde Bal. qui hanc materiã limitat no. in l. fi. C. ad Mace. ⁊ in l. obſeruare. §. fi. ff. de offi. pꝛocon.

e Ale. ¶ Habetur tempoꝛe quo. Limita vt per Bar. in l. j. C. qui admit.

† Claud. de Seyſſ. ¶ Sed contra. Hoc tamen limita notanter pꝛocedere in actu quem quis pꝛo alio facere poteſt. vide Bal. ſingulariter in cap. cum inter. extra de elect.

f Alex. ¶ Determinare queſtionem. Uide Bal. in l. cum quis. C. de nat. libe. ⁊ Imo. ⁊ Bal. in l. plane. §. vxoꝛ. ſol. ma. Uide tex. no. in c. tanta. qui filij ſint legi. vide Pau. de ca. in l. Põponius. §. queſitum. ſupꝛa de acquir. poſ. ⁊ ibi dixi poſt Imo. facit quod no. Bar. in l. cum qui. ſ. de ſtat. ho. ⁊ vult allegare Joã. And. in mercu. in reg. ſine culpa.

g Alex. ¶ Noĩe defuncti. Et vtrũ heres poſſit ratificare pꝛo defuncto, ⁊ quod poſſit, eſt tex. ⁊ ibi Bald. ĩ l. ſi ab vno de neg. geſt. ¶ Adde quod no. Bar. in l. cum decem mihi. ſ. de ſolutio.

h Alex. ¶ Quero vtrũ. adde no. ĩ l. ſi tutoꝛ. C. ĩ quib. cau. in inte. reſti. non eſt neceſſa.

i And. Barb. ¶ Queritq́ vltra. Uide Bal. in l. generaliter. C. de reuo. don. vbi illud dictum Inno. ⁊ Bar. hic alleg. vide que dixi in d. c. quod ſicut.

LEX XXV.

**Pater.** Iſta eſt notabilis lex, ⁊ bꝛeuiter hoc intendit. Quando quis ſuccedit ei, quem pꝛomiſit ratum habiturum, ſucceſſio pꝛo ratihabitione habetur. notabilis lex, ⁊ menti tenenda. Et facit iſta lex ad ea que dixi in l. cum vir. circa fin. ſupꝛa de vſucapionibus.

1 ☞ Pꝛeſcriptione. xxx. annoꝛum tutus ſoluens an repetat.

§. **Pꝛocuratoꝛ.** Defectus ſuperueniens ex parte ratum habentis ex legis diſpoſitione impedit ratihabitionem, hoc dicit, ⁊ eſt aliquantulum dif-
1 ficilis. † Not. hic argumentum, ſecundum gloſſ. quod tutus exceptione pꝛeſcriptionis xxx. annoꝛum, ſi ſoluat, repetere poteſt argumen. ſ. de admi. tut. l. ſi pupillus, vbi dicitur, quod pꝛeſcribens ſimilis eſt ſoluenti, Contra, liberatus tempoꝛe, adhuc re-
a manet obligatus [a] naturaliter, l. obligationum fere. §. placet. de actio. ⁊ obligatio. ⁊ de fideiuſ. l. vbicunque. ⁊ ibi not. ⁊ ſupꝛa de negocijs geſtis l. at qui natura in pꝛin. ⁊ ibi nota. ergo ſoluẽs non repetit. Solu. dicit Cyn. quod licet tempoꝛe non tollatur naturalis: tollitur tamen omnis eius effectus, ⁊ ſic poteſt repeti ſolutum vt hic. Idem tenet Cyn. C. de iuris ⁊ facti ignoꝛantia. l. cum quis. Sed Gulielmus de Cug. in l. pꝛima, in fine, quod quiſque iuris. videtur dicere ſimpliciter, quod remanet naturalis cum ſuis effectibus. Spec. tãgit de hoc de pꝛeſcrip. §. pꝛimo verſiculo, quid ſi mihi debeas decem. Mihi videtur circa hoc dicendum quandoq́ quis liberatur tempoꝛe ex conuentione, quia voluit eſſe obligatus vſque ad tantum tempus, non vltra, ⁊ tunc iſta conuentio habet vim pacti, l. cum, qui ita. §. qui ita. ſupꝛa de verboꝛum obligationibus. merito naturalis obligatio tunc tollitur, ⁊ ciuilis remanet, ſicut per pactum, l. ſi vnus. §. pactus. ſupꝛa de pac. quandoque quis liberatur tempoꝛe, quia teneatur actione tempoꝛali, tunc dico quod tollitur ciuilis tantum, ⁊ remanet naturalis, d. l. at qui natura. in pꝛin. ⁊ qđ ibi nota. ſupꝛa de negocijs geſtis. Quandoque quis tenetur actione
b perpetua: ſed liberatur [b] tringinta, vel quadraginta annoꝛum pꝛeſcriptione, tũc dico, quod liberatur a ciuili, naturalis vero remanet, quam ius ciuile tollere non poteſt, vt Inſti. de iure naturali gen. ⁊ ciuili. §. ſed naturalia quidem, tollitur tamẽ omnis effectus eius obligationis naturalis, l. ſicut. ⁊ l. omnes. C. de pꝛeſcriptione triginta annoꝛũ. vbi dicitur, ſit pleniſſima munitione ſecurus. ⁊ ſic omnis effectus naturalis obligationis tollitur Et hoc vltimum tenent Ultramontani, vt refert Cyn. in l. vlti. C. ex quibus cauſis ma. Nec ob. pꝛedictis l. ſi quis poſtquam ſupꝛa de fideiuſſoꝛib. quia eam intellige, vt ibi dixi. Qualiter ergo
c hanc legem intelligemus: Dico, quod poſſumus [c] eam intelligere ſecundum pꝛimum modum, quando liberatus eſt tempoꝛe ex conuentione, tunc cum tollatur naturalis, non impeditur ciuilis, ſed competit repetitio. ¶ Sed contra iſtam lecturam opponitur, quia actus medius impediens ſuperueniens facto hominis non impedit ratihabitionem, vt dixi ſupꝛa lege pꝛoxi. Sol. Que ibi dixi, habent locum, quãdo ſuperuenit actus medius poſt celebꝛatum actum, de quo rato habendo tractatur. hic factum hominis, hoc eſt, conuentio ipſa pꝛeceſſit illud, quod poſtea ſecutum eſt, ſolum ex iuris effectu. Secundo modo poteſt intelligi hoc, quando quis liberatur tẽpoꝛe, actione tempoꝛali. Sed tũc obſtat, qꝛ cũ remanet naturalis obligatio, ergo repetitionẽ impedit indebiti. Solue, vt in l. erroꝛ. C. ad le. Falcidiam. ⁊ l. cum quis. C. de iuris ⁊ facti ignoꝛantia. Reſpondeo, hic nõ repetit, qꝛ fuit ſolutum falſo pꝛocuratoꝛi cui nullo modo debeatur: ⁊ ideo concedo, qđ ſi dominus ſuperuenit, defenſionem iſtius pꝛocuratoꝛis ſibi ſoluentis ſuſceperit, poſſet doli exceptionem opponere, l. pꝛocuratoꝛ ad exhibendum. §. j. ſ. eod.
d Tertio modo [d] poteſt intelligi quod ſi eſt liberatus tẽpoꝛe, pꝛeſcriptionis triginta, vel quadraginta annoꝛum, tũc non poteſt repeti, cũ omnes effectus naturalis obligationis ſint ſublati. Et hoc pꝛout habet reſpectus ad iura hodierna tñ illa lectura nõ congruit bene huic legi, qꝛ ſecundum hec tempoꝛa Digeſtoꝛum, pꝛeſcriptio triginta annoꝛũ erat incognita, vt notatur in l. qui occidit. §. j. ſ. ad leg. Aquil. ⁊ l. Julianus. alias incipit, non ſolum. ex quibus cau. ma. ⁊ in aut. vt eccleſia Rom. gaud. pꝛeſcrip. cẽtum annoꝛum. §. j. Facit quod dicam in l. in omnibus. ſ. de diuerſis ⁊ tempoꝛalib. pꝛeſcriptioni. Non ſunt hic alia.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Remanet obligatus. Uide late Bald. in l. cum quis. C. de iuris ⁊ facti, ignoꝛantia. ⁊ in queſtione, ſtatuto cauetur. ⁊ in capitulo: ſi quis per triginta. ſi de feud. fue. controuer. inter do. ⁊ vaſal. Imol. in d. cap. finali, de pꝛeſcrip. tenet contra dicta per Bart. hic de quo plene per domi. Antonium. ⁊ Imolam in cap. ad aures. de pꝛeſcriptioni. Et vide Hoſtien. in cap. ſignificanit de cen. vbi dicit, quod ſi contra cenſum fuerit pꝛeſcriptũ: poterit nihilominus de nouo induci cenſus, quaſi non fuerit in totum ſublatus. Uide Moder. de hoc, vt per Imolam. in c. fi. de pꝛeſcriptioni. ⁊ in c. ad aures. eodem titulo. ⁊ Bal. in authẽ. ad hec. C. de vſur. Et limita ſecũdum Bald. ⁊ Ange. in l. bene a Zenone. C. de quadri. pꝛeſcrip. niſi ſtatutũ diceret, omnis obligatio, ⁊ actio. ad hoc vide Bart. in l. ſequitur. §. ſi viam de vſucap. ⁊ ibi dixi, referendo Bald. in dicta l. cum quis. ⁊ per Ang. in rep. l. pꝛime, poſt medium. C. de iud. Et in ſtatuto inducente pꝛeſcriptionem, aut tollat naturalem, vide no. Bal. in cap. eccleſia ſancte Marie de conſtitu.

b Alex. ¶ Sed liberatur. Adde Bald. in l. ſi pene. ſ. de cõdi. ide. qui dicit, quod licet in contractibus pꝛeſcriptio, id eſt lapſus pꝛefixi tempoꝛis a iure non tollat naturalem obligationem. vt hic: ⁊ tamen dicit ipſe ſecus in delictis, in quibus pꝛeſcriptio ipſo iure perimit obligationem: qꝛ lex dicit, cauſam in totum aboleri, d. l. ⁊ ſi vnius. §. ſi ante. de iniur.

c Alex. ¶ Dico quod poſſum⁹. No. etiam qđ pꝛeſcriptio nõ tollit ius ipſo iure ope exceptionis, vt no. Bald. ⁊ Ang. in l. j. C. ſi aduer. credi. vide que dixi, ⁊ per Bal. in l. fin. in iij. opp. C. de edi. diui. Adri. tol.

d And. Barb. ¶ Tertio modo. Adde Bal. in l. cum quis. C. de iu. ⁊ fac. igno. ⁊ in q. ſtatuto cauetur. ⁊ cap. j. §. ſi quis per triginta. ſi de feu. fue. contro. in vſib. feu. ⁊ vide Joan. de Imo. in capitulo finali de pꝛeſcrip. vbi tenet contra illa que hic Bart. dicit plene per Angel. in rep. l. pꝛime. C. de iudic. ⁊ per do. Anto. ⁊ Joan. de Imo. in cap. ad aures. de pꝛeſcrip. Bald. in auth. ad hec. C. de vſur. vide do. Abb. in rubꝛ. de pꝛeſcrip. ⁊ vide Hoſt. in c. ſignificauit. de cenſi. vbi dicit, qđ ſi cenſus fuit impoſitus, ⁊ poſtea fuit pꝛeſcriptum. quod poterit de nouo induci, quaſi nõ ex toto fuerit extinctus, ⁊ vide que ibi dixi.

## Digeſtoꝛum liber xlvij.

¶ De pꝛiuatis delictis. Titulus pꝛimus.

¶ Gloſſ. continuat, dictum eſt ſupꝛa de obligationibus deſcendentibus ex contractibus, ſequit̃ videre de actionibus deſcendentibus ex delictis: quia ex delictis quandoq́ oꝛiuntur actiones ⁊ obligationes ad pꝛiuatam vtilitatem. Itẽ oꝛiuntur, quandoq́ accuſationes pꝛiuate, quandoque oꝛiuntur accuſationes publice. Pꝛemittit hic de pꝛiuatis delictis, quia maioꝛem conformitatem habent cum pꝛecedentibus. In ſequentibus libꝛis dicit de publicis iudicijs.

Lex

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN